

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Liber decimustertius

urn:nbn:de:bsz:31-67095

derat. Audire est ex antiquis scriptoribus, qualia Xanthus, Lydiarum rerum scri-
 ptor referat, commemorans quas mutationes sæpe hæc regio habuerit, de quibus
 in superioribus fecimus mentionem. Hoc in loco Typhonis casum fabulantur, &
 Arimos, & hanc Exustam dicunt, nec dubitant quæ inter Mæandrū ac Lydos
 sunt, omnia eiusmodi suspicari, tum propter lacuum ac fluminum multitudinem,
 tum etiam propter multiplices terræ cauernas. Lacus uero qui inter Laodicenam
 est & Apamiam cum pelagi magnitudinem habeat, cœnosam & subter errantem
 exhalationem emittit. Dicunt pœnam esse, si quis locum Mæandro permutet, flu-
 minis angulos circumferiendo, qui deprehensi fuerint, damnum ex portitorijs ue-
 stigalibus persoluunt. Inter Laodicenam atq; Caruram templum est mensis Cari
 appellatum in maxima ueneratione, ætate nostra maxima medicorum schola, ibi à
 Zeuxide constructa est, & postea ab Alexandro Philaethe, quemadmodum tem-
 pore patrum nostrorum Erasistratorum schola Smyrnæ ab Icesio. Nunc nihil ta-
 le fit. Nominantur præterea quædam Phrygiæ nationes, quæ nunc nusquam ex-
 tant, quemadmodum Berecynthes. unde Alcman dicit,

Typhonis ca-
 sus.
 Arimi.

Mensis Carus.
 Medicorū scho-
 la.

Zeuxis.
 Alexand. Phi-
 lalthes.

Icesius.
 Berecynthes.

Φρύγιον ἠύλησε μέλιθ' ὃ κερβέσιον.

Cerbesia. Phrygium Cerbesiumq; cecinit modum.

Et fossa quædam Cerbesia dicitur, quæ perniciosas exhalationes habet, quæ qui-
 dem ostenditur, homines uero non amplius Cerbesij dicuntur. Æschylus hæc in
 Niobe confundit. Illa enim recordari se ait sociorum Tantalii,

οἷς γὰρ ἰδ' αἶψα πάγω δ' ἰὸς πατρὸς βωμός' ὄσι. id est,

Quis in Idæo saxo Iouis patrij ara est. Item,

σῖπυλον ἰδ' αἶψα ἀνὰ χθόνα. id est,

Sipylos. Sipylos Idæam per humum. Tantalus quoq; dicit,

παίρω δ' ἀρῶρα δ' ὠδελ' ἡμερῶν ὄδ' ὄν

Βερέκυνθα χῶρον, γὰρ ἀδριατικὸς ἔδος

ἰδ' ἡς τε μυκηθμοῖσι βρυχίμασι ἔρπουσι μέλων, πᾶν δ' ἐρίχθε π' ἔδος.

Sero arua, duodecim dierum iter,

Berecynthia. Berecynthiæ loca, ubi Adraſtiæ solum

Idæq; totum rugitu atq; mugitibus sonat.

LIBRI DVODECIMI FINIS.

ARGVMENTVM DECIMITERTII LIBRI.

Tertiusdecimus liber Asiæ, reliqua Propontidis continet, inferius à Cyzico in-
 cipiens, & totam deinceps consequentem oram, & siquæ insule insunt, præser-
 tim circa Troiam (quanquam deserta sit) propter loci claritatem, & uulgatam belli
 famam immoratur.



corum & i-
 res qui eis de
 de multis co
 transigamu
 regione, & l
 oram esse co
 xandriæ re
 in Caicum
 sinus, quib
 ager usq; ac
 Quæ loca
 gione, que
 octo uel no
 ter socios an
 tiones mul
 runt. Ionia u
 per totam en
 occupauit, in
 nica dicunt
 dalsi impera
 Thraciã pro
 sum redieru
 traicisse, in e
 usq; ad Gran
 parte in Lesb
 qui et ipsi ab
 Pentilū, sed
 circa Locren
 transgressos
 Eoles disper
 ri, quidam ex
 totam, aliq pa

STRABONIS

GEOGRAPHICORVM

LIBER DECIMVSTERTIVS.



ACTENVS de Phrygia definitū sit, nunc in Propontidē Propontis. redeuntēs, & in oram quæ post Æsopum est, eundem peragratiōnis ordinē seruemus. Huius orę prima est Troas, Troas. quæ quidē percelebris, quę quanq̄ diruta sit ac deserta, plurima tamē de ea sunt dicenda, licet non quęcunq̄, sed ad hęc exhortatione, & uenia opus est, ut qui nos legerint, nō magis nobis causam prolixitatis tribuant, quā ijs qui res antiquas & claras nosse cupiūt. Quam prolixitatē tum Gręcorum & barbarorū multitudo auget, qui regionem hanc incoluerūt, tum scriptores qui eisdem de rebus non eadem perscripserunt, quorū in primis est Homerus, qui de multis coniectandi causam præbet. Opus est itaq̄, ut & huius & aliorum dicta transigamus, si prius locorū naturā summatim descripserimus. Nam à Cyzicena regione, & locis Æsopo & Granico uicinis usq̄ Abydum, & Sestum, Propontidis oram esse contingit. Ex Abydo uero Lectū usq̄ & Ilij & Tenedi & Troianæ Alexandria Troiana. Ida. Alexandria regionē. His omnibus Ida imminet, Lectum usq̄ descendens, à quo usq̄ in Caicum flumen est Assus & Adramyttium, & Atarneus, et Pitana, & Elaiticus + Deest, et quę appellatur Canæ, μίχρη λαινός ποταμὸς ἔστι τῶν ἡγεμονίων λαινός. finus, quibus omnibus Lesbiorum insula ex aduerso confurgit, deinde Cumanus ager usq̄ ad Hermū & Phocenses, quod Ionice initium est, & Æolidis terminus. Quæ loca cum huiusmodi sint, poëta dicit Troianos præcipue ab Æsopo & ea regione, quę nūc Cyzicena est, imperasse usq̄ ad Caicum flumen, per principatus in octo uel nouem partes diuisos. Cæterorū uero multitudo, qui auxilium tulere inter socios annumeratur. At posteriores illorū fines dicunt, & uarijs nominibus partitiones multas conficiunt. Sed maxime Gręcorū colonię dicendi copiam præbuerunt. Ionia uero non multum, cum à Troade plurimū absit, Æolis autem omnino. per totam enim dispersa est à Cyziceno agro usq̄ ad Caicum, et plus etiam regionis occupauit, inter Caicū atq̄ Hermum. Quatuor enim seculis Æoliam coloniam Ionica dicunt antiquiorem. moras enim & longiora tempora suscepisse, atq̄ Orestē classi imperasse, quo in Arcadia mortuo, Penthilum eius filiū successisse, & usq̄ in Thraciā processisse annis LX. post Troiam, quo tempore Heraclidę in Peloponnesum redierunt. Deinde Archelaū illius filium cum Æolica classe circa Dascylium traiecisse, in eam quæ nunc Cyzicena nominatur. Graum uero filium eius iuniore usq̄ ad Granicum flumen progressum, & meliore apparatu cum maiore exercitus parte in Lesbum transmisisse atq̄ ea occupasse. Cleuam Dori filium, & Malaum, Cleua. qui et ipsi ab Agamemnone, profecti erant, eodē tempore exercitū contraxisse, quo Penthilū, sed Penthili classem transitū ex Thracia in Asiam anticipasse. Hos uero circa Locrensem agrum, & Phricium montē multum temporis contriuisse, postea transgressos Cumā condidisse, quę Phriconia à Locrorū monte dicta est. Sed cum Æoles dispersi essent per totam regionē, quam diximus à poëta Troianam appellari, quidam ex posterioribus totam Æolida uocauerunt, quidam partē & Troiā, alij totam, alij partē eius, quo fit, ut nihil omnino inter se conueniant. Mox enim in lo-

cis Propontidis Homerus ab Æsapo Troadis initiū facit. Eudoxus iam eam cōtra hit, à Priapo incipiēs, et Artaca, qui locus in Cyzicenorū insula situs, aduersus Priapum cōsurgit. Damastes magis eam cōtrahit à Pario initiū faciens. nam is Lectum usq; progreditur, alij uero aliter. Charon Lampfacenus alia ccc. stad. adimit, à Practio incipiēns. nam totidem Practiū abest à Pario, atq; Adramyttiū usq; progreditur. Scylax Caryandus ab Abydo incipit. Eodē modo etiam Æolida, Ephorus dicit, ex Abydo Cumā usq; alij uero aliter. Sed Idæ situs pulcherrime describit eam, quæ uero Troia dicitur, qui mons altissimus est, & ad occidentem spectat, & mare quod ibi est, paululū ad septentrionē atq; oram eam conuersus. Ea ab angustijs Abydi usq; ad Æsapum, et Cyzicenū agrum ad Propontidem pertinet. Occidentale autem mare est Hellepontus, in quo Ægeum pelagus est. Ida cum multipes sit, in Scolopendrē modū his ultimis terminatur, promontorio quod circa Zeliā est, & eo quod Lectum appellatur, quorum alterū finit in mediterraneam paulo supra Cyzicenum agrum (nam nunc Zelia Cyzicenorum est) Lectum uero in Ægeum pelagus descendit, in præternauigatione situm, quæ in Lesbum fit, ut

Locus Homeri Iliad. 3. Ἰδῶ δ' ἱκανοῦ πολυπίδακα μητρῶα θυῶν
λεκτὸν ὅθι πρῶτον λίπε τὴν ἄλα ὕπνῳ.

Idæ fontes. Venimus in plenam uenatu, & fontibus Idam, Lecton ubi primum egressi, maria alta relinquunt.

Nam proprie poëta Lectū dixit. Lectum enim ad Idam pertinet, & primus e mari exitus ibi fit, in Idam ascendentibus. Recte & πολυπίδακα, id est fontibus plenam dixit. nam hac in parte mons aquis abundat, quod fluminū multitudo declarat, à montibus Idæis in mare profluentium, ut septem Rhesi uada & reliqua, quæ & ille cōmemorat, & à nobis sunt inspicienda. Extremos autē montis pedes utrinq; Lectum spectat, atq; etiam Zeliā, montana horū cacumina summus Gargarus disternat. nam Gargarus in superioribus nunc Idæ partibus ostenditur locus, à

Gargarus. quo Gargara dicuntur Æolica ciuitas. Quare ea inter Zeliā Lectumq; prima sunt à Propontide incipientibus, quæ usq; ad Abydi angustias tendunt, deinde ex ea quæ à Propontide Lectum usq; Sed Lectum deflectenti ingens sinus diffunditur, quem & Ida efficit à Lecto continentem uersus secedens, & Canæ quod promontorium ex altera parte Lecto opponitur. Hunc alij Idæum sinum, alij Adramythenum uocant. In eo sunt Æolicæ urbes (ut diximus) usq; ad Hermi ostia. In superioribus enim dictum est, quod e Byzantio septentrionem uersus nauigantibus, recta nauigatio primo est Sestum & Abydū per mediam Propontidem, postea est Asiæ ora usq; in Cariam. Hac itaq; seruata opus est, ut consequentium argumentū audiamus, & si quos sinus in ora dicemus, necesse est etiam ut sciamus promontoria, quæ ipsos efficiunt, in eadē linea sita esse, tanquam in aliquo meridiano. Quare qui harum rerum curam habent, ex ijs quæ à poëta dicuntur aliquid plus cōiectant, totam scilicet hanc oram sub Troianis fuisse in nouē principatus diuisam, & sub Priamo in bello Troiano constitutam, & Troiam appellatam, quod ex singulis notum est. Nam Achillis socij urbium debellatores cum uiderent initio Ilienes exterius bellum gerere circumuicina sunt agresi.

Gargara. *Canæ promō.*

sestos. *Abydus.* *priami imperium.* *Troiana ditio.*

Iliad. 1. δῶδεκα δὴ σὺ νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,
περὶ δ' ἠΐδε καὶ φημι ἤϊ Τροίῳ εἰβῶλον.
Biffenas curuis eueri nauibus urbes,

Per

Per Troia
Troian
Lesbo era
rypyli regi
ἀν' οὐρανὸν
ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ
Ipse Neop
Magnan
Progeni
ἔτε λίσσων
Cum Lesb
λερνησῶν δ' ἰα
Lyrnessum
λερνησῶν δ' ἰα
Lyrnessum
Ex Lyrn
τῶν ἐκ λερνησ
Hanc Lyr
cecidisse dic
οὐδὲ μὲν εὐδαι
ἐκ τῆς, πῆρ
Nec medu
Quem celer
Funditus e
Nam cu
atque eum i
ἰσχυρῶς ἐκ τῆς
Nos Theba
Exaductis
οὐ μὲν γὰρ τρῶες
ἰσχυροῦσιν θυ
ἰσχυροῦσιν θυ
θεοὶ ὑποπλακ
Tupatris in
Andromac
Quicinctan
Ductor Hy
Secundu
quoque his
ἐπιταρ ἐγὼ δ' ἔ
ἰσχυροῦσιν, οὐ
Heu mihi, q
Tupatris in
Imò pert
ἰσχυροῦσιν ἐκ τ
ἰσχυροῦσιν ἐκ τ
Vterq; ex T



Tu patris in laribus Priami, ast ego Thebis.

lel.ges. Tertius principatus est Lelegum, & ipse Troianus, ut
ἀλλεῶ, ὃς λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει.

Maximus Altes,

Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur.

Lycan. E cuius filia Priamus Lycaonem & Polydorum genuit, qui in dinumeratione
Polydorus. sub Hectore constituti, Troës dicuntur. Vt

In Catalogo. τροῶσι μὲν ἠγεμόνδεν, μέγας κορυθαίολος ἕκτωρ.
Hector item Troas galea præsignis agebat.

Cæteri uero sub Aenea erant. Vt,

Ibidem. δαρδανίων αὐτ' ἠγεμὺς πάντας ἀρχίσασο. id est,
Dardanios agit Anchisæ pulcherrima proles.

Qui etiam Troës erant. unde Homerus sic inquit,

Iliad. v. ἀνεία τρώων βασιλεύσει. id est,
Magnanime Aenea dux consultissime Troum.

Lycij. Lycij uero sub Pandaro erant, quos etiam Troës appellat. Vt

In Catalogo. οἱ δὲ ζελεῖαν γῆαιον ἴσται πόδα νέεσθον ἰδης
ἀφνειοί, πίνοντες ὕδωρ μέλαρ ἀσπίσιοι
τροῶς, τῶν αὐτ' ἠχε λυκάονος ἀγλαῶς ἕως πάνδασθ. id est,

zelia. Quiq; colunt Zeliam extremæ radice sub Idæ,
Aphnij ab Aefapo rotantes flumine, Troës

Pandarus. Dura Lycaonides in prælia Pandarus egit.

Hic sextus est principatus. nam qui inter Aefapum, Abydumq; sunt, Troës
dicuntur. Abydensia enim sub Asio ponuntur. Vt

In didem. οἱ δ' ἄρα περικώτῳ ἐπράκτιον ἀμφενέμονθ
ἐσκόθον ἐπ' ἀβυδου ἕχον ἐδῖαν ἀρισβλω
τῶν αὐτ' ὑρτακίδης ἠεχ' ἄσιος. id est,

Percota. Et qui Percoten atq; ipsum Præction, & qui
Præction. Claram Seston habent, & Abydum, & dian Arisbam.

Sestus. Asius Hyrtacides dux horum. Priami quoque filius paternæ equas Abydi
Abydus. pascebat, ut

Iliad. A. ἀλλ' ἕπον πριάμοιο νόθον βάλε δημοκόωντα
ὃς οἱ ἀβυδούθην ἤλθε παρ' ἵππων ὠκειάων. id est,

Illenothum Priami transfixit Democoontem
Pernices qui nuper equas pascebat Abydi.

Et Hicetaonis filius, apud Percoten boues pascebat, nec ipse alienas. Vt

Iliad. o. πρῶτον δ' ἱκεταονίδῳ γῆειπερ
ἴφθιμον μνηστέππον, ὃ δ' ὄφρα μὲν εἰλίποδ' ἀσ βοῦς
βόσκ' ἐν περικώτῳ.

Atq; Hicetaoniden primo alloquitur Menalippum,
Flexipedum Percotæ custodem armentorum.

Troës. Quare hæc regio & consequens Adrastiam usq; Troas uocarunt. nam duo filij
Meropis Percosij ei imperabant. Ab Abydo igitur Adrastiam usq; Troës erant, bi
fariam tamen diuisi. nam alij sub Asio erant, alij sub Meropis filijs, quemadmodū

Cilicum regio. & Cilicum regio duplex est. nam altera Thebaica est, altera Lyrnessia, post quam
de ca dicitur, quæ post Lyrnessum est, Eurypylo subdita. Quod autem omnibus

Priami ditio. his Priamus imperaret, Achillis uerba manifeste declarant,

Iliad. o. καίσε γέρον τό πριμ μὲν ἀκούσθ' ὅλβιον εἶν

ἀνεία τρώων
ἐπ' ἀβυδου ἕχον
Antetuas
Quæ scelis
Comprent
Tunc q
zicum Phr
Bebryces a
campum I
thranti &
componat
arque urbes
lis appellat
idem conge
ns quæ nur
tum igitur
nem. nam d
οἱ δὲ ζελεῖαν γῆ
ἀφνειοί πίνοντες
τροῶς, τῶν αὐτ'
Quiq; colu
Aphnij, ab
Dura Lyca
Hos qui
& Dascylit
à Cyzico sta
Ea uero qua
οἱ δ' ἀβυδου ἕχον
ἐπ' ἀβυδου ἕχον
τῶν αὐτ' ἕχον
ὅς οἱ ἀβυδου ἕχον
Qui campo
Qui Pityan
His in dura
Pignora Per
Hæc le
ritimam ora
itur, quema
comedia Ni
Multis uero
fertur LXX
Memnonis
Memnonis
Adrastia car
nem cepit, q
dena, quæ re



δορυ λίσβης ἀνώ μακάρων ἔδος γυῖος ἔργει,
ἔ φρυγίη καθύπερθε κ' ἑλλησποντος ἀπείρου.

Iliad. n.

Anteuas noramus opes, spatiosaq; regna,
Quæ foelix pariter Lesbos complectitur, & quæ
Comprendit Phrygiæ tellus, ac Hellepontus.

Tunc quidem hæ erant, postea uariæ mutationes sunt consecutæ. nam circa Cy-
zicum Phryges habitauere Practium usque, circa Abydum Thraces, ante utrosq; ^{Phryges.}
Bebryces ac Dryopes, consequentia Treres habuerunt, atque hi Thraces, Thebæ ^{Thraces.}
campum Lydi, qui tunc Mæones erant. Ex Mysis autem η, qui superfuerunt Teu- ^{Bebryces.}
thranti & Telepho subditi. Cum itaq; poëta Aeolicā regionē & Troiam in unam ^{Dryopes.}
componat, cumq; Aeoles totam oram ab Hermo usque Cyzicum occupauerint, ^{Treres.}
atque urbes condiderint, nec nos absurde faciemus, si eam quæ nunc proprie Aeo- ^{Aeolis.}
lis appellatur, ab Hermo usque Lectum, & consequentia usque ad Aesapum in
idem congeramus. Nam cum singula pertractabimus, rursus eas secernemus, &
ijs quæ nunc sunt ea conferemus, quæ à poëta & ab alijs dicuntur. Post Cyziceno
rum igitur urbem & Aesapum est Troadis initium, secundum Homeri descriptio- ^{Aesapus.}
nem. nam de ea sic inquit, ^{Troadis initiū}

οἱ δὲ ζελίαν γναίον ὑπὸ τὰ πόδια νεκτρῶν ἰδ' ἡς
ἔφρυξοι πίνοντες ὕδωρ μέλαρ ἀσθήποιο

In Catalogo.

Quiq; colunt Zeliā, extremæ radice sub Idæ,
Aphnij, ab Aesapo potantes flumine Troes,
Dura Lycaonides in prælia Pandarus egit.

Hos quidē Lycios uocauit. Aphnios uero ab Aphnitico lacu dici putant. nam ^{Aphnij unde.}
& Dascyliticus lacus ita dicitur. Zelia in extrema Idæ prætermontana est, distans ^{Dascyliticus}
à Cyzico stad. c. & xc. à proximo mari, ad quod Aesapus emittit, ad stad. LXXX. ^{lacus.}
Ea uero quæ secundum oram sunt post Aesapū, continuo partitur in hūc modum,

οἱ δ' ἀδρήσειαν τ' εἶχον ἔ δῆμον ἔπαισδ',
ἔ πιτύειαν ἔχον, ἔ τηρέης ὄρος ἀπύ,
τὰμ ἤρχ' ἀδρήσεός τε ἔ ἀμφίος λινοβώρηξ
ὑἱε δ' ὡ μέρπος περκωσίδ. id est,

In Catalogo.

Qui campos Adraстіæ habent, nec non & Apæsum,
Qui Pityam Tiriaq; colunt iuga maxima terræ
His in dura præest Adrastus & Amphius arma,
Pignora Percosi Meropis duo chara parentis.

Aesapus.
Pitya.
Tiria.

Hæc loca Zeliæ subiacent, habent autem Cyziceni & Priapeni usque in ma-
ritimam oram. Circa Zeliā est Tarsius amnis qui eadem uia xx. locis trans- ^{zelia.}
itur, quemadmodum is de quo poëta dixit, & septem Rhesi uada, qui à Ni- ^{Tarsius flu.}
comedia Niceam fertur xxi. Scarthon ex Pholoe in Heliensem agrum xx. ^{Scarthon.}
Multis uero is qui ex Coscinijs Alabanda, qui ex Tyanis Solos per Taurum de- ^{Rhesi uada.}
fertur LXXV. ultra Aesapi ostia ad stadia ferè † est tumulus quidam, in quo
Memnonis sepulchrum ostenditur, eius qui Tithoni filius fuit, ei proximus est
Memnonis uicus. Inter Aesapum Priapumq; Granicus fluit, magna ex parte per
Adraстіæ campos, ubi Alexander Darij satrapas prælio superauit, totamq; regio-
nem cepit, quæ inter Taurū erat & Euphratem. Ad Granicū urbs fuit nomine Si-
dena, quæ regionē multam eodem nomine habuit, nunc diruta est. In Cyziceni &

* deest nume-
rus aliquis.
Memnonis ui-
cus.
Memnonis se-
pulchrum.
Granicus flu.
Sidenā.

in dinumeratione

Vt

dumq; sunt, Troi

ternæ equas Aby

alienas. Vt

erunt. nam duo fi-
scq; Troes erant
ijs, quemadmodū
messia, post quam
d autem omnibū

- Harpagia.** Priapeni agri confinio Harpagia fuit, locus unde raptum dicunt Ganymedem, alij circa Dardanium promontorium id contigisse arbitrantur. Prope Dardaniam Priapus portus est, & urbs ad mare sita. Hanc alij conditam uolunt à Milesijs, qui & Abydum & Proconnesum eodem tempore incoluerunt. Alij à Cyzicenis, & nomen habet à Priapo, qui apud eos colitur, siue ex Horneis, quæ apud Corinthum sunt id acceperint, siue Liberi patris ac Nymphæ filius dicatur, homines profecto ad eum colendum moti sunt. Nam hæc regio & finitima Pariana & Lampsacena uineis abundat, unde Xerxes Lampsacum Themistodi in uinum dedit. Hic à iunioribus in deum habitus est. Nam Hesiodus Priapum non nouit, & Orphanæ & Conifalo & Tychoni, & eiusmodi Atheniensium dijs per similes est. Regio hæc consuetudine quadam Adraestia uocabatur, & Adraestiae campus. duobus enim modis dicitur, sicut Theba & Thebæ campus, & Mygdonia & Mygdoniæ campus. Callisthenes dicit ab Adrasto rege, qui primus Nemesis templum ædificauit Adraestiam uocitatum. Hæc ciuitas inter Priapum est, atque Parium, & subiectum campum eodem nomine habet, in quo Apollinis Actæi & Dianæ oraculum fuit, iuxta Picatum. Delubro diruto, omnis ea structura & lapides Parium sunt translati, ubi ara ædificata est, Hermocreontis opus & magnitudine & pulchritudine memorabile. Oraculum omnino deletum est, quemadmodum & Zeliense, quare hoc in loco nullum nec Adraestiae nec Nemesis templum extat, circa Cyzicum uero Adraestiae delubrum est, de qua sic Antimachus inquit,
- ἔσι δὲ τις νέμισις μεγάλη θεὸς ἡτάσθι πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχε, βασιλὸν δὲ οἱ εἶσαο πρῶτος
ἄδρησος, ποταμοῖο παρὰ ῥόου αἰσῆπιος,
εἴθι τε τίμνται τε καὶ ἄδρησεία καλεῖται.*
- Nemesis dea.** Est dea quam Nemesis dicunt, dea magna potensque, Quæ bona caelestum concessu cuncta deorum Possidet, huic primus sacratam condidit aram
- Adraestus Nemesis.** Fluminis Aesapi gelidas Adraestus ad undas, Atque ibi nunc colitur, seruatque Adraestia nomen.
- Parium.** Parium ciuitas est iuxta mare, quæ maiorem portum habet quam Priapus, ex ea aucta. Nam Pariani Attalicis obsequentes, sub quibus est ager Priapensis, multum ex horum regione absciderunt, permittentibus quidem illis. Hoc in loco finxerunt Anguigenas cognationem quandam cum serpentibus habere. proditum est enim mares serpentum morsibus remedio esse, si eos continuo attigerint, quem admodum incantatores, ac primo liuorem transferre, postea tumorem ac dolorem sedare. Gentis huius authorem tradunt Heroem quendam, ex serpente immutatum, qui fortasse unus aliquis fuit ex Libycis Psyllis, uis autem ea aliquandiu in
- Pitya.** genus permansit. Parium Milesij & Erythraei & Parij condidere. Pitya est apud Pityuntem, Parianæ regionis, & montem Pityum imminens habet. Ea inter
- Linum.** Parium iacet ac Priapum, iuxta Linum, qui locus ad mare est, ubi cochliæ linus
- Cochliæ Linus.** sij appellati, optimi omnium capiuntur. E Pario Priapum nauiganti est antiqua Proconnesus, & noua quæ ciuitatem habet & albi lapidis uenam magnam, & ap primelaudatam. Vnde Cyzicena opera circumstantium ciuitatum pulcherrima, ex hoc lapide fiunt. Hinc fuit Aristæus carminum poeta, quæ Arimaspiæ dicuntur, uir facundiæ blanditijs uehemens, si quis alius. Rheæ montem, alij eos putant, qui circa Pirosum sunt, quos Cyziceni habent, Zeliæ uicinos, In his The

ra est primo Lydorum regia, postea Persarum. Nonnulli collem quendam ostendunt stad. quadraginta à Lampfacò distantem, in quo templum est matri deorum sacrum, quod Rheæ dicitur. Lampfacus insignis urbs est ad mare sita, quæ portum optimum habet, ea adhuc optime perstat quemadmodum Abydus, à qua distat ad centum & LXX. stad. Prius autem Pityusa uocabatur, quemadmodum de Chio dicunt. In peninsula oppidum est Callipolis, quod in litore iacet ad Asiam exposito, non procul à Lampfacò, ut ab ea non plus quàm XL. stad. absit. Inter Lampfacum atque Parium Pæsus urbs fuit, & flumen, urbe diruta iam Pæsinì Lampfacum migrare, cum & ipsi Milesiorum coloni essent, quemadmodum Lampfaceni. Poëta dupliciter eos protulit, & addita prima syllaba, ut *καὶ δῆμον ἀπαισοῦ*, id est, nec non & Apæsum, & detracta, **Vt**

Rheæ mons.

*Pityusa.
Callipolis.
Lampfaci situs
Pæsus.
Apæsus.*

*ὄς ῥ' ἦν ἰσαιοῦ
ναῖς πολυκτῆμων.*

id est,

*In Catalogo
Iliad. s.*

Diues opum uariarum habitabat moenia Pæsi.

Et adhuc flumen ita uocatur. Ultra Lampfacum in eius mediterranea sunt colonæ Milesiorum. Aliæ sunt ad exterius Hellesponti mare, stadijs centum & XL. ab Ilio distantes, è quibus Cygnum dicunt. Anaximenes tradit in Erythræa & in Phocidæ & in Thessalia colonas dici, in Pariano etiam agro est Licocolona. In Lampfaceno locus est uineis consitus, qui Gergithium appellatur. Fuit etiam ciuitas Gergitha à Gergithis dicta, quæ in Cumano agro erat. Ibi enim ciuitas fuit pluraliter & foemine dicta Gergithes, unde fuit Cephalo Gergithius. Adhuc locus in Cumano ostenditur Gergithium apud Larissam. Ex Pario fuit Neoptolemus cognomento Glossographus uir memoratu dignus. E Lampfacò fuit Charon rerum conscriptor, & Adimantus, & Anaximenes orator & Metrodorus Epicuri sodalis. Atqui Epicurus ipse quodammodo Lampfacenus fuit, diu Lampfaci uersatus, atque Leontei & Idomenei amicitia usus, qui primi erant in ea ciuitate. Ex hoc loco Agrippa leonem qui corruerat transtulit, Lyssippi opus, eumq; collocauit in luco, qui inter lacum est & Euripum. Post Lampfacum est Abydus, & intermedia loca, scilicet Lampfacenus ager, & Pariani pars, quæ poëta sic comprehendit. Nam hæ urbes Troianis temporibus nondum erant,

*Colone.
Licocolona.
Gergithi.
Gergithium.
Gergithes hæ.*

*Cephalo Ger.
githius.
Neoptolemus
Glossograp.
Charon.
Adimantus.
Anaximenes.
Metrodorus.
Epicurus.
Abydus.
Leonteus.
Idomeneus.
Leo Lyssippi.*

*οἱ δ' ἄρα περικώτῳ ἐπρακτιοῦ ἀμφηέμονο,
καὶ σκῶν ἐν ἀβυδοῦ ἔχομεν ἰὺ δῖαν ἀρίσβῳ
τῶν αὐτῶν ὑπετακίδης ἤρχ' ἄσιος,
ἐν ἀρίσβῳ φέρον ἵπποι,
ἀβωνες μεγάλοι ποταμὸς ἀπὸ σελήνῃ.*

In Catalogo.

Et qui Percoten atq; ipsum Præction, & qui Claram Seston habent, & Abydum dian Arisbam. Asius Hyrtacides dux horum uenit Arisba, Magnanimis aduectus equis, Seleentis ab amne.

Quod cum ita dicat, uidetur significare Arisbam regiam esse Asiæ, unde eum profectum dicit, uenit Arisba Seleentis ab amne. Quæ loca adeo sunt obscura, ut de eis historici non conueniant, nisi quod circa Abydum sunt & Lampfacum & Parium, & quod antiquæ Percotæ nomen immutatum est. Ex fluminibus autem poëta dicit Seleentem apud Arisbam fluere, siquidem Asius Arisba uenit, & Seleentis

*Arisba.
Seleis.*

H.
Canymedem, alii
rope Dardaniam
tunt à Milefio, qui
in à Cyzicenis, &
æ apud Corinthi
homines profectio
na & Lampfacena
um dedit. Hic à hæ
& Orthang & Co
st. Regio hæc cõfue
bus enim modis di
nia campus. Calli
ficauit Adrastra uo
campum eodẽ no
xta Picatum. De
ti, ubi ara ædificat
emorabile. Oracu
e in loco nullum
Adrastræ delubri

t quàm Priapus, et
er Priapensis, mult
lis. Hoc in loco fuit
habere. proditum
uo attigerint, quent
tumorem ac dolo
n, ex serpente immu
m ea aliquandiu in
dere. Pitya est apud
tem habet. Ea inat
st, ubi cochliæ linu
uiganti est antiqua
nam magnam, & ap
ratum pulcherrima,
e Arimaspiæ dicitur
montem, alij eos per
icinos. In his The
a



Practium. tis ab amne. Practius amnis est, urbs ipsa non reperitur, ut nonnulli putauerunt. Is inter Abydum & Lampfacum fluit. Cum autem Praction ait de flumine accipien dum est, quemadmodum & illud,

In Catalogo. οἱ τ' ἄρα παρ' ἑσπέρου κρησίου διὸν ἔχαιον. Et qui præclarum Cephissi flumen habebant. Et illud,

Eodem. ἀμφὶ τε παρθενίου ποταμοῦ κλυτὰ δῖρ' ἔνεμον. Parthenium circa fluuium qui tecta tenebant.

Arisba. In Lesbo ciuitas fuit Arisba, cuius agrum Methymnæi habent. Est etiam flu uius quidam Arisbus in Thracia (ut dictum est) prope quæ Cebrenij Thraces ha bitant. Multa enim apud Troës & Thraces eisdem nominibus appellatur, ut Scæi Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus & Scææ Troianæ portæ. Item Xanthi Thraces, & Xanthus Troie fluuius. Arisbusq; quoq; in Hebrum immit tit. Arisba Troiæ ciuitas est. Item Rhesus apud Troiam fluit. Rhesus etiam Thra cum rex fuit. Item alter Asius apud Homerum inuenitur,

Locus iliad. π. ὅς μὲν τρωῶν λῶ' ἐκ πορὸς ἵπποδ' ἄμοιο
Thracum cum
Troianis affi- αὐθικασίγνητ' ἑκάβης, ἧός δ' εὐμανῆος
nitas. ὅς φρυγίῳ νάισκε ροῆς ἐπὶ σαγαρείοιο.
Xanthi pop.
Rhesus.
Asius.

Asius hic & auunculus erat domitoris equorum Hectoris atq; Hecubæ frater, natusq; Dymantis,

Sangarius. Sangarium Phrygiæ campos habitantis ad amnem.

Gyges. Abydum Milesij condidere, Gyge Lydorum rege permittente. nam ea loca & Gygas. tota Troas sub illo erat, atq; promontorium quoddam iuxta Dardanum appellatur, id in ore Propontidis iacet, & Helleponti à Lampfaco & Ilio æquali spatio distans, ad stadia centū et LXX. Hoc in loco est illud septem stad. mare quod Asiam dirimit ab Europa, à Xerxe ponte iunctū, promontorium ipsum propter figuram Cherronesus appellatur, quæ ubi pons iunctus est, angustias facit, pons

Mare ponto iunctum. Abydo obiacet. Sestus Cherronesiarum ciuitatum optima est, quæ propter uicini tatem sub eodem præfecto constituta erat, cum præfecturæ nondum continentia bus distinguerentur. Abydus ac Sestus ad stadia triginta inter se distant, à portu in portum pontis locus est, paululum ab urbibus digredienti, Abydo quidem Propontidem uersus, Sesto uero in eius aduersum. Apud Sestum locus quidam Apobathra nominatur, ad quem ratis iuncta fuit. Sestus autem est interius Propontia dem uersus ad dextram partem fluxus, qui ab ea fertur. quapropter facilius è Sesto nauigatur ad Iunonis turrim, si quis paululum deflectat, atq; inde soluat, cum fluxus ibi ad transitum adminiculetur, ex Abydo uero transeuntibus in cōtraria præternauigandum est circiter octo stadia ad turrim quandam Sesto oppositam, postea in obliquum eundum est, & nequaquam aduersus fluxum nauigandum. Thra ces post res Troianas, Abydum habitauere, deinde Milesij. Sed cum urbes circa Propontidem à Dario Xerxis patre concremarentur, Abydus etiam calamitatis eius particeps fuit. Nam post reditum è Scythia, intelligens Nomadas aduersus se transitum parare, ad ea ulciscenda, quæ perpeffi fuerant, ueritus ne urbes exercitui transitum præberent, eas concremauit, unde ad cæteras mutationes & tempora, hæc etiam confundendorum locorum causa accessit. De Sesto ac tota Cherrone

sestus. so tunc diximus, cum de Thracia tractarem. Theopompus ait Sestum paruum quidem esse, sed bene munitam, & duorum iugerum crure ad portum cōiunctam, unde propter hæc & propter fluxum aditus dominam esse. Abydenorum regio ni

ni in Troade A prius per sese er pra, quemadmo ab Aslipo dista extra Abydum iano iacent cam modis nomina Dardanos agi Dardanic Et Troës simul Verisimile a Nubigena pri Dardaniam po Nunc uero n tria uiuendi gen plex & agrestee dum in ipsis m iam arefcere coe & fortasse plura amoto. nam m rentias efficiet, & cundorum sube & semirusticoru mum & urbanu lius factam, pra citâ poëta descri bus sponte nasc bant, de quibus Omnia per sese Non fora, non lura, sed in celsis Et puer & magi Secundæ ciu In campo, sed a

ni in Troade Astyra imminent, quæ nunc Abydenorum sunt urbs diruta. Ea Astyra. prius per sese erat, & auri metalla habebat, quæ nunc perrara sunt, utpote consumpta, quemadmodum ea quæ in Tmolo, & circa Pactolum erant. Dicunt Abydum ab Æsopo distare ad septingenta stadia, recta autem navigatione pauciora. Ilienſia extra Abydum sunt, tum cætera maritima Lectum usque, tum etiam quæ in Troiano iacent campo, & Idæ prætermontana Aeneæ subdita, quam poëta duobus Aeneæ ditid.

διὰ δ' αὐτῶν αὐτὴ ἤρχη ἐὺς πᾶσις ἀγχίσασ.

Dardanos agit Anchisæ pulcherrima proles,

Dardanos uocans, interdum Dardanos, ut

πρῶτες ἔ' λυκιοὶ ἔ' δ' ἀρδανοὶ ἀγχιμαχῆται. id est,

Et Troës simul & Lyci tum Dardana pubes.

Verisimile autem est, hoc in loco eam fuisse, quam poëta Dardaniam uocat, ut

δ' ἀρδανῶν αὐτῶν πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεὺς,

ἡτίσ' ἐ δ' ἀρδανίῳ. id est,

Nubigena primum satus ab Ioue Dardanus ipsam

Dardaniam posuit.

Nunc uero ne urbis quidem uestigium usquam apparet. Plato post diluuium tria uiuendi genera putat constituta. Primum in ipsis montium cacuminibus, simplex & agreste eorum qui aquas formidant, quæ in campis solent abundare. Secundum in ipsis montium radicibus eorum qui iam auderent, maxime cum campi iam arefcere cœpissent. Tertium in campis. Dicet aliquis & quartum & quintum & fortasse plura. Postremum uero in ora maritima, & in insulis, iam metu omniamoto. nam magis & minus audere ad mare accedere, multas uitæ & morum differentias efficiet, & ut boni illi & agrestes mitiorem quodammodo uitæ modum secundorum subeunt. Sic est quædam præter hos differentia rusticorum hominum & semirusticorum & ciuilium, à quibus iam nomina paulatim immutata, in optimum & urbanum uitæ genus deserunt, secundum mutationem morum in melius factam, præter locorum & uitæ diuersitates. Has itaque differentias Plato dicit à poëta descriptas. nam primum uiuendi exemplum Cyclopa ponit, qui fructibus sponte nascentibus utebantur, & montium cacumina in speluncis habitabant, de quibus sic ait,

ἔλλα πᾶσι' ἀσπαρτα ἔ' ἀνήροτα πάντα φύονται,

ἔ' ἴσιν δ' οὐκ ἀγοραὶ βελιφόροι οὔτε θεμισεῖς,

ἔ' ἄλλ' οἷ' ὑψιπλάτων ὄρειων ναίεσσι καίρωα

ἔ' ἄσπ' ὄσιν γλαφυροῖσιν, θεμισδύει δ' ἕκαστ'

παίδων ἢ δ' ἀλόχων. id est,

Omnia per sese nullo nascuntur aratro.

Non fora, non causas norunt, non sancta senatus

Iura, sed in celsis habitantes montibus antra,

Et puer & magnis de rebus iudicat uxor.

Secundæ ciuilitatis exemplum Dardanum ponit, qui

ἡτίσ' ἐ δ' ἀρδανίῳ, ἐπεὶ οὐ πως ἴλιθ' ἴρη,

ἔ' ἡτίσ' ἐ δ' ἴω πεπλίσο πόλις μερόπων ἀνθρώπων,

ἔ' ἄλλ' ἐθ' ἰπωρέας ὤκειον πολυπιδάρκ' ἴδης. id est,

Dardaniam posuit, quoniam nondum Ilion esset

In campo, sed adhuc Ida montana tenerent.

in Catalogo.

Iliad. o.

Dardania. Loc. Iliad. v.

Hominiū tria genera post diluuium. Platonis opinio quædam.

Cyclopū uita.

Odyss. i.

Iliad. v.

Dardania.

L

Protinus illa fuit multis habitantibus aucta.

Ilium. Tertij exemplum Ilium ponit, quem Ilij conditorem tradunt. Vnde par est eum
Ilium. in medio campo sepultum esse, quoniam prior ausus est in campis habitare, unde
illud est,

Iliad. n. οἱ δὲ παρ' Ἴλιον σῆμα παλαιὸν Δαρδανίδας,
μῆκος οὐκ ἀπὸ πείδιον παρ' Ἐρμιον ἐσέοντο.

Hi ueterem ad tumulum, atq; Ilii monumenta ruebant,

Erineos. Dardanij medium qua campus Erineon ambit.

Ilij situs. Sed nec hic omnino ausus est, nam nec ibi urbem condidit, ubi nunc est, sed tri-
ginta ferè stadijs superius ad orientem Idam & Dardaniam uersus, iuxta eum qui
nunc Iliensium uicus dicitur. Noui Ilienses gloriae cupidi cum uellent hanc esse an-
tiquam urbem, coniectandi causam præbuerunt ex Homeri poesi. Hæc enim non
uidetur ea esse, quæ ab Homero describitur. Sunt alij qui scripserunt, urbem hanc
multa loca mutasse, postremo hic constitisse, idq; ex oraculo. Tales itaque mutatio-
nes, quæ tunc in inferioribus partibus contigerunt, ciuilitatum & uiuendi differen-
tias efficere arbitror. Sed de his aliàs. Tandem Iliensium, qui nunc sunt, urbem uia-
cum esse dicunt, qui Palladis templum habet, idq; paruum ac tenue. Alexandrum
uero cum ex uictoria rediret apud Granicum habita, templum donis exornasse,
atq; urbem appellasse, & ut ædificijs repararetur, curatoribus mandasse, & liberam
& immunem censuisse. Postea subactis Persis humanissimam epistolam misisse,
in qua se eam magnificaturum pollicebatur, & insigne templum conditurum, &
sacrum certamen instituturum. Post eius obitum Lysimachus urbis cura suscepta,
delubrū construxit & murum circumdūxit, & uicinas & antiquas urbes in ea habi-
tatum deduxit, quæ iam erant labefactatæ. Is etiam Alexandriam curauit, quæ iam

Alexandria. ab Antigono habitata erat, & Antigoniam appellata, nomine tamen immutato.
Antigoniam. Pium enim uisum est Alexandri successoribus, ut prius de nomine illius urbes con-
derent, postea de suo. Ea quidem permansit & aucta est, nunc quoq; Romanorum
coloniam accepit, & inter claras putatur. Et quod nunc Ilium est, uicus erat in ur-
bis modum, cum primum Romani Asiam ingressi Antiochum magnum eiecerunt
ex ea regione, quæ intra Taurum est. Demetrius Scepsius refert, cum adoles-
cens adhuc in eam urbem peregrinaretur, adeo neglectam uidisse, ut ne cocilia
quidem tecta haberent. Agesianax scribit, Gallos ex Europa transgressos, in ur-
bem ascendisse tutelæ gratia, sed cum eam sine mœnibus comperissent, ilico reli-

Fimbria. quisse. Postea multum reparata est, deinde rursum Romani, qui cum Fimbria es-
rant, eam labefactarunt obsidione captam in bello aduersum Mithridatem gesto.
nam tunc Fimbria quæstor missus est cum Valerio Flacco consule, bellum aduersum
Mithridatem aggrediente. Ille mota seditione, & consule à se in Bithynia in-
terempto, exercitu potitus est, progressusque Ilium cum Ilienses eum (utpote la-
tronem) non susciperent, admoto ad urbem exercitu, undecimo die eam cepit.
Cui gloriant, quod quam urbem Agamemnon decimo anno uix cepit, cum
mille nauium classem & uniuersam Graciam secum haberet, ipse eam undecimo
die cepisset: respondit quidam ex Iliensibus, Non enim Hector aderat, qui pro ci-
uitate pugnaret. Sed cum Sylla aduentasset, hunc sustulit, Mithridate conditioni-
bus quibusdam domum remisso, Ilienses uero multis beneficijs solatus est. Ætate

Iulius Cæsar. nostra diuus Cæsar maximam de ijs curam suscepit, Alexandrum æmulatus.

nam

L
nam ille ut co
meri studiose
ex Alexandri
tauit, quæ po
se instructam
rarunt, apud
ander erga Ili
tissimus fuit,
beneficium in
thorem gene
bus, & ille ab
nem itaque eis
Quod autem
piunt. Sed pri
suimus. Post
fecimus ment
Rhodius amn
chrum. Quid
poeta comme
fides d' ἐπιτομή
Et septem Rh
Dardanus
alij rursum in
norum imper
dissoluerent. N
cui, deinde Pe
continua, & E
quam ab Ant
bus restituit, q
rissimis templ
Sigeum urbs e
Os dicitur, &
tes, multū lutu
ria stagnantia
so est Proteste
spacium à Rhy
rum LXX. No
rum portum, a
les & templum
tumulos, quib
causam afferer
depopulatus e
tatem tamen,
in ἐπιτομή
Pergamia diri

nam ille ut cognationem innouaret, ad eos curandos impulsus est, simul quia Homeri studiosus fuit, unde etiam Homericæ poëseos emendatio quædam fertur, quæ ex Alexandri ferula dicitur cum Callisthene & Anaxarcho. Is enim quædam adnotauit, quæ postea in ferulam coniecit, quam in Persica gaza inuenerat sumptuose instructam. Homeri itaq; studio & Æacidarum cognatione, qui Molossis imperarunt, apud quos etiam dicunt Andromacham regnasse Hectoris uxorem, Alexander erga Ilienses magnopere erat affectus, Cæsar uero quia & Alexander amatissimus fuit, & certissima cum Iliensibus cognationis signa habebat, impendio ad beneficium incitabatur, certissima quidem, quia Romanus erat, Romani autem auctorem generis Æneam putant. Iulius enim ab Iulo quodam, uno ex progenitoribus, & ille ab Iulo cognomen hoc habuit, qui uuus fuit ex posteris Æneæ. Regionem itaque eis tribuit, libertate et immunitate seruata, in quibus adhuc permanent. Quod autem antiquum Homeri Ilium non sit in hoc loco, ex his coniecturam capiunt. Sed prins loca describenda sunt, quæ ab ora maritima incipiunt, ubi nos desiuimus. Post Abydum itaque est promontorium Dardanium, de quo paulo antefecimus mentionem: & ciuitas Dardanus LXX. stad. ab Abydo distans. Inter hæc Rhodius annis emittit, apud quem in Cherroneso Cynossema est, Hecubæ sepulchrum. Quidam Rhodium dicunt in Ælapum emittere, qui unus ex his est, qui a poëta commemorantur,

Ἰλιός δ' ἐπιπόροός τε Λαίησός τε ῥοδῖός τε.

Et septem Rhesi uada tum Rhodium atq; Caresum.

Dardanus prisca res est, & adeo spreta, ut sæpe reges alij Abydum transtulerint, alij rursus in pristinam habuerint conditionem. Hoc in loco Cornelius Sylla Romanorum imperator, & Mithridates cognomeuto Eupator conuenerunt, ut bellum dissoluerent. Non procul hinc est Ophrunium, & in eo Hectoris lucus, in loco conspicio, deinde Pteleus lacus, deinde Rhætiū urbs in colle sita, & regio litoralis Rhætio continua, & Haligenes, & Aeantiū. In ea est Aiakis tumulus & templū & statua, quam ab Antonio ablatam, & in Aegyptum asportatam, Augustus Cæsar Iliensibus restituit, quemadmodū & plerisq; alijs. Nam pulcherrima dona, quæ ille ex clarissimis templis abstulerat, Aegyptiæ largiens, hic deis reddidit. Post Rhætium est Sigeum urbs diruta, & nauale & Achiuorū portus, & Achaia castra, & lacus, qui Os dicitur, & Scamandri ostia. Nam Simois & Scamander in campo concurrentes, multū lutum deuehunt, unde maritimā oram exaggerantes os obstruunt, & maria stagnantia & loca palustria efficiunt. Iuxta Sigeum promontoriū in Cherroneso est Protefileū & Eleusa, de quibus in rebus Thracijs ante dictum est. Huius oræ spaciū a Rhætio usq; Sigeum & Achillis tumulum, rectā nauigantibus est stadiorum LXX. Nouo autem Ilio tota subiacet XII. ferè stad. ab eo distans, iuxta Achiuorum portum, a priore autem alijs xxx. stad. ad partem, quæ est Idam uersus. Achilles & templum habet, & tumulum iuxta Sigeum: Patroclus autem & Antilochus tumulos, quibus omnibus & Aiaci Ilienses sacrificant. Herculem uero non colunt, causam afferentes, quòd is urbem fuerit depopulatus. At ille (inquit aliquis) ita eam depopulatus est, ut posteris depopulaturis, labefactatam quidem relinqueret, ciuitatem tamen, unde poëta sic inquit,

Ἰλῖος δ' ἀλάπαξ πόλις χίρωσε δ' ἀγυὰς.

Pergama diripuit, plateas uidauit & omnes.

Ilium Homeri.

Alexandri ferula.

Romanorū origo.

Dardanium promontoriū. Dardanus ciuitas. Rhodius fluuius. Cynossema. Hecubæ sepulchrum. Iliad. μ.

Rhesi uada. Caresum.

Ophrunium. Hectoris lucus. Pteleus. Rhætium. Haligenes. Aeantiū. Aiakis tumulus. Sigeum opp.

Os lacus. Scamander. Simois. Protefileum. Eleusa.

Achillis templū. Patrocli tumulus.

Locus Homeri Iliad. ε.

Viduatio enim quædam hominum imminutio est, non tamen extremum exitium, sed in quibus ipsi sacrificant, & quos ut deos colunt, ex toto eam deleuere. Nisi si hoc causæ dicant esse, quod hi iustum bellum intulerunt, Hercules uero iniustum, Laomedontis equorum gratia, cui rei rursum fabula occurrit, non enim equorum gratia, sed mercedis pro Ilione ac Ceto. Sed omittamus hæc, nam in fabularum commenta recidimus, fortasse aliquæ ueriores causæ non latent, propter quas Iliensibus incessit, ut alios colerent, alios minime. Poëta significare uidetur eam paruum urbem fuisse, cum de Hercule dicit,

Ibidem. *Ἐξ οἷς σὺ νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παρωτοτρόισιν ἰλίῳ θ' ἀλάπαξεν πόλιν.* id est,

Cum quibus uiris paucis, & sex cum nauibus, ipsa Pergama diripuit, plateas uiduauit & omnes.

Hac ratione Priamus magnus ex paruo & rex regum effectus uidetur, ut diximus. Paululum ab hac ora progredienti, est Achæium, quod iam ad ulteriorē Tenediorum regionem pertinet, quæ loca cum ad mare talia sint, in Troianus campus imminet usque ad Idam stadia plurima ascendens orientem uersus. Huius prætermontana per angusta quidem est, partim ad meridiem extensa usque ad loca quæ apud Scepsim sunt, partim ad septentrionem usque ad Lycios, qui iuxta Zeliā habitant. Hanc poëta sub Aenea & Antenoris ponit, ac Dardaniā uocat. Postea est Cebrinia, magna ex parte campestris, quæ quodammodo pariter cum Dardania progreditur. Erat etiam olim urbs Cebrinia. Demetrius hucusque Ili agrum Hectori subditum pertendere arbitratur, progredientem à nauali usque in Cebriniam, ibique Alexandri & Oenones sepulturam ostendi, quam dicunt Alexandri uxorem fuisse, prius quam Helenam raperet. Et poëta inquit,

Ibid. n. *κεβριόνων νότον ἔργον ἀγακλήθ' ἀπ' ἀμείβοιο.* id est,

Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natum.

Quem consentaneum est à regione, uel ab urbe potius nomen habuisse. Cebriniam uero Scepsim usque procedere, & eorum confinium esse Scamandrum, medium inter ea fluentem. Cebrinios cum Scepsios semper inimicitias exercuisse, donec Antigonus eos Antigoniam transtulit, quæ nunc Alexandria dicitur, ac Cebrinios quidem cum alijs Alexandria remansisse, Scepsios uero domum redisse, Lysimacho permittente. A regione Idæ quæ montana est, duos quosdam flexus ad mare excurrere tradit, alterum Rhoetium, alterum Sigeum uersus, atque ex utrisque dimidiati circuli lineam effici, & tantum à mari distare, quantum nouum Ilium, atque in planitiem desinere. Nouum itaque Ilium intra dictorum flexuum finem esse asserit. Antiquum uero intra initium, interius autem Simoisium campum comprehendit, per quem Simois fertur, & Scamandriū, per quæ Scamander fluit. Atque hic proprie Troianus campus appellatur. Poëta quoque maximam certaminum partem, hoc in loco factam ostendit. nam & latior est, & loca celebrata hic uidemus, ut

Ilium nouum.

Simoisius cam.

Scamandrius

campus.

Troianus cam.

Erineos.

Batia.

Os lacus.

† Pythagore

intellige lice

ram, hoc est, u.

Græce sic legi

εἶναι καὶ ἀποτι

ῆσθαι τὸν γράμ

μα πῶς τὸν ἰκα

τὸν θῶν ἀγκῶ

να.

Erineon Æsytæ sepulchrū, & Batiam Ili tumulum. Flumina etiam Simois & Scamander, quorum alterum Sigeo, alterum Rhoetio proximum est. Ea in conspectu noui Ili concurrunt, postea Sigeum delata lacum efficiunt, qui Os dicitur. Utrosque campos alterum ab altero ingens quidam collis dictorum flexuum in rectum dirimit, qui à nouo Ilio incipiens, & ei cōiunctus usque in Cebriniam tendit. Itaque ad utrosque flexus philosophi literam efficit. Paulo ultra eum est Iliensium uicus, ubi fuisse

fuisse existim
Iliensium ui
stad. spatium
ἐπεὶ δ' ἀπὸς ἐπὶ
ἐπὶ τῷ ἰσχυρῷ
ἀλλοτὸν πρὸς σίμ
Παρθαλία Μ
Fertur, & ex
Nonnunqu
Nam præ
Troianos ex
quousque uerit
nouo Ilio, qui
tendebantur
antique urbi
fluit, in Scam
neos etiam al
quare illud qu
καὶ ἐπὶ τῷ τῷ
καὶ βρωτῶν ὄντι πόλι
Tu populis c
Qua patet ac
Nouæ au
qua Achilles
ἐπεὶ δ' ἐγὼ μετ
ὡν ἐβλέσκετο μάχ
ἐπὶ τῷ ἰσχυρῷ
Dum ego ap
Longius ad p
Sed Scæas po
Præterea id
partim Troia
quidem, si tan
tanta ciuium
inquit, uel nor
cit. Metum ue
tes, è nauibus c
ad obsidendu
& Scamander
nunc Achiuor
stadijs ab urbe
re ante urbem
uallum est, tun
bita, à nauali a
ximus, & in p
speculatores u

fuisse existimatur antiquum Ilium distans ab urbe quæ nunc est, stad. xxx. Ultra Iliensium uicum est Callicolona collis quidam, iuxta quem Simois labitur, quinque stad. spatium habens. unde illud quod de Marte dicitur, non caret ratione, ut

*ἄριστο δ' ἀρῆς ἐτάρων ἐρεμνὴ λαίλαπι ἴσος
ὄξυ λατ' ἀκροτάτης πόλιος πρῶτος κελύειν,
ἄλλοτε πᾶρ σιμόντι δέωρ ὑπὸ καλλικολώνη.*

Iliad. v.

Parte alia Mauors, uiolenti turbinis instar

Fertur, & excelsa Troas hortatur ab arce,

Nonnunquam ad Simoënta ruit, quâ Callicolona est.

Nam prælio in Scamandri campo inito, conuenienter Mars interdum ab arce Troianos exhortabatur, interdum ab alijs locis Simoënti, & Callicolonæ proximis, quousque uerisimile est pugnam progredi. Cum uero Callicolona XL. stad. absit à nouo Ilio, quid opus erat tantum spatium comprehendi, in quantum castra non extendebantur. Id quoque quid Lycij sortiti erant, ante Thymbra ualde conuenit antiquæ urbi. nam Thymbra campus est tibi proximus, & Thymbreus qui per eum fluit, in Scamandrum emittens ad Apollinis Thymbrei templum L. stad. distat. Erineos etiam asper quidam locus, in quo multæ sunt caprificus, antiquæ urbi subiacet, quare illud quod ab Andromacha dicitur, ualde huic conuenit, ut

Thymbra.
Thymbreus
fluuius.
Erineos.

λαόν δ' εἴθε παρ' ἐρίνοιο, γῆθα μαλιστα

ἀμβρόσιος δὲ πόλιος ἐπίδρομον ἐπέθετε.

Iliad. f.

Tu populis consiste tuis, ad Erineon Hector

Qua patet accessus uel adiri mœnia possunt.

Nouæ autem urbi non conuenit. Phagus quoque paulo inferior est Erineo, de qua Achilles ait,

*ὄφρα δ' ἐγὼ μετ' ἀχαιοῖσι πολέμιζω
οὐκ ἐβέλυσκε μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν ἔκτωρ
ἀλλ' ὄβρις σκαῖάς τε πύλας ἐφύγαν ἴκοντο.*

Iliad. x.

Dum ego apud Troiam certarem, è mœnibus Hector

Longius ad pugnam nunquam prodire uolebat,

Sed Scæas portas, & phagum exhibat ad usque.

Phagus Troie
Nauale Troie

Præterea id quod nunc nauale dicitur, adeo uicinum est nouæ urbi, ut merito partim Troianorum dementiam liceat admirari, partim metum. Dementiam quidem, si tanto tempore id immunitum habebant, cum urbs propinqua esset, & tanta ciuium & sociorum multitudine abundaret. Nuper enim factum murum inquit, uel non est factus, sed poëta qui eum finxit, etiam deleuit, ut Aristoteles dicit. Metum uero, si facto muro ex eo pugnabant, cum hostes ad nauale irruentes, è nauibus certarent. Verum cum illi id immunitum haberent, non audebant ad obsidendum accedere, cum distantia parua esset. nauale enim iuxta Sigeum est, & Scamander prope emittit, distans ab Ilio stad. xx. Quod si quis dicat, eum qui nunc Achiuorum portus uocatur, nauale fuisse, propinquiorem locum dicet XII. stadijs ab urbe distantem, et campum ad mare addet, quia totus campus qui ad mare ante urbem iacet, fluminum aggestio est. Quapropter si nunc XII. stad. intervalum est, tunc dimidio minus errat. Narratio quoque ab Ulyssæ ad Eumæum habita, à nauali ad urbem magnum spatium esse significat, ut aciem sub Troiam diximus, & in progressu ait, nimium longe à nauibus uenimus. Mittuntur etiam speculatores uisuri, num apud naues mancant, ualderemoti à mœnibus, an in

urbem retrocedant. & Polydamus dicit,

Locus Homeri ἄμφι μάλα φραζέσθαι φίλοι, κέλομαι γὰρ ἔγωγε,
Iliad. 6. ἄστυ δὲ νῦν ἰσθῆαι ἐκὰς δὲ ἄστ' ἔτεχε θεοῖσιν. id est,

Núm ne reuertamur, socij decernite in urbem,
Ipse quidem iubeo, nam longe à mœnibus itum est.

Hestiae Alexādrina. Demetrius Hestiam Alexandrinā in testimoniū affert, quæ de Homeri Iliade conscripsit, interrogantē num apud nouum Ilium bellum fuit, & Troianus campus, quem poëta dicit inter urbem fuisse atq; mare. nam fluminum aggestio, quæ nunc ante urbem cernitur, posterius facta est. Polites quoq;

Iliad. 6. ὅς τρώων σκοπὸς ἴδε ποδοκείκοι πεπυθῶς
τύμβω ἐπ' ἀκροτάτῳ αἰσύνταο γέροντι. id est,

Qui senis Æsytæ tumulo spectabat ab alto
Quid struerent Danaï, pedibus pernicipibus audax.

Æsytæ sepul. Stultus erat. nam quanquam ab alto, tamē è maiore arcis altitudine speculari poterat, & ex æquali ferē distantia nihil indigēs pedum ope ad tutelā. Nam Æsytæ sepulchrum quod nunc ostenditur, quinq; stadijs abest iuxta uiam, quæ Alexandriā fert. Præterea Hectoris discursus circum urbem ratione caret. Nam noua urbs, propter perpetuum iugum circui non potest, antiqua uero potest, cuius merito uestigium nullum extat. Nam cum uicinæ urbes uastatæ essent, non tamen omnino erunt, & antiqua funditus deleta, omnes eius lapides ad illarum instaurationē sunt trās-

Archeanax Mityl. Sigeum. Phryng. lati. Vnde Archæanactēm Mitylenem dicunt, ex ijs lapidibus Sigeum construxisse, quod postea Athenienses, misso Phrynone Olympionice occuparunt, cum Lesbij de uniuersa ferē Troade disceptarent, à quibus maxima eius regionis pars possidebatur. Eius autem habitationes partim adhuc stant, partim sunt deletæ. Pittacus Mitylenæus unus ex septem sapientibus, aduersus Phrynonem imperato-

Pittacus Mity. rem nauigans, & prælio cum eo conferto, maximam cladem accepit. Vnde Alcæus poëta dicit, se in quodam certamine male laetum, abiectis armis aufugisse, & præconi cuidam imperasse, ut ijs qui domi erant, nuntiaretur, Alcæus incolumis nequaquam ipsum tollet tyrannum, in clarum Palladis templum, quem Attici suspendunt. Postea Phrynone illum ad singulare certamen prouocante, concurrat, sumptisq; piscatorijs instrumentis, funda conuoluit, & fuscina gladioq; confodit. Stante adhuc bello Periander ab utrisque arbiter electus id diremit. Demetrius

Achilleum. Timeum mentiri ait, qui scribat è lapidibus Ilij Achilleum à Perianandro munitum, dum Atheniensibus contra Pittacum auxiliaretur. Munitum quidem hunc locum à Mitylenæis apud Sigeum concedit, sed nequaquam ex his lapidibus, nec à Perianandro, qui quomodo arbiter esset electus, qui erat aduersarius? Achilleum locus est, in quo Achillis monumentum ostenditur, parua sanè habitatio. Ilienses Sigeum cum minus obtemperaret, euerterunt. nam tota ora Dardanum usq; sub illis fuit, & nūc est. Olim maxima pars sub Æolibus erat. Quapropter Ephorus nō dubitat totam regionē quæ Abydo Cumam pertendit, Æolida nominare. Thucydides dicit, Athenienses Troiam Mitylenæis abstulisse in bello Peloponnesiaco, quod Pachetium dictū est. Noui autē Ilienses asserunt urbem ab Achiuis captam, non tamen penitus euersam, nec unq; funditus deletā fuisse. Vnde Locrenses uirgines paulo post quotannis mitti inceperunt, quæ profecto minime sunt HomERICA.

Pachetii bellum.

Nam

Nam

Nam nec H
...
...
...
Interiore do
Quem noua
Traxerat int
Violentia
ladis ira euen
xit. Nam cum
sa, interempto
gines mitti co
Homerus au
...
Tempus enir
...
Si Priami clar
...
Vrbs Priami
Huius rei
Homerus id
poni, ut est et
...
Non cernet g
Quod mel
...
Ili quoque qui
admodum in
Per multa uer
Massilia, Rom
confitentur, u
diuit id semel
riores hos cor
uel quod Agar
dum Croelius
cratus est, qui
stinuisse atque
primi oppidu
in loco nō uale
plum apud L
post, & paula
ut illius fama e

Nam nec Homerus Cassandræ uolentiam nouit, sed eam tunc uirginem dicit, ut, *Cassandra.*

*πέφνε γὰρ ὄθρυονῆα καβησάθεμ γῆσιν ἐόντα,
ὅς φάνεον πολέμοιο μετὰ κλέεσσιν ἔλκεσσι,
ἤτεε γὰρ πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστου
κασάνδρου ἀνάειδνον.* id est,

Iliad. v.

Interiore domus parte Othryonea peremit,
Quem noua bellorum iam pridem fama Cabeso
Traxerat intactam, & forma præstante petentem *Cassandram.*

Violentiæ uero nusquam meminit, nec quod Aiæcis interitus in naufragio, Pal- *Aiæcis interit.*
ladis ira euenerit, an alia simili causa, sed quod Palladi esset exosus in communi dixit. Nam cum omnes in templum scelerati atq; impij fuissent, omnibus erat infensa, interemptos autem à Neptuno dicit, propter eorum insolentiam. Locrenses uirgines mitti contigit, cum iam per se obtinerent. Ilienses itaq; hoc modo inquirunt. Homerus autem expresse urbis excidium ponit, ut

ἔοικεταί ἡμᾶρ ὅταν ποτ' ὀλόγη Ἴλιος ἴην.

Troia excidii

Tempus enim ueniet, quo concidat Ilion ingens. *Et illud,*

ἢ γὰρ πριάμοιο πόλιν διεπέρασεν αἰπυῶν. id est,

Iliad. l.

Si Priami claram pugnando euertimus urbem. *Et illud,*

πέφνετο δὲ πριάμοιο πόλιν δεκάτω γήρατι. id est,

*Odyss. γ. & α.**liad.*

Urbs Priami decimo iam tandem corruiet anno.

Iliad. μ.

Huius rei coniecturam hanc faciunt, quod Palladis simulacrum nunc stat, cum *Palladis simu-*
Homerus id sedere significet. Iubet enim pepulum Palladis genibus apponi pro im- *lacrum.*
poni, ut est etiam illud,

μήποτε γούνασιν οἷσιν ἐφίσεσθαι φίλον ἴον. id est,

Iliad. l.

Non cernet genibus charos affidere natos.

Quod melius est, quàm ut quidam exponunt, pro *παρὰ τοῖς γούνασι θῆναι,* id est iux-
ta genua poni, afferentes illud,

ἢ δ' ἡσσαι ἐπ' ἐχάρεν γὲν παρὸς αὐγῆν. id est,

Illam foco astabat, rutilumq; sedebat ad ignem.

ἀντὶ τὸ παρ' ἐχάρεν, id est iuxta focum. Quænam enim pepuli positio esset iuxta genua? *Astypaliæses,*
Ii quoque qui *γούνασιν,* id est genibus accentu circumflexo pronuntiant, quem- *Rhatium.*
admodum in multis alijs fit, utcumque accipiant, uerba in infinitum protrahunt. *Polisina.*
Per multa uero antiqua Palladis simulacra sedentia ostenduntur, ut Phocææ,
Massiliæ, Romæ, Chij, & multis alijs in locis. Iuniores quoque urbis excidium
confitentur, ut Lycurgus orator. nam Ilij mentionem faciens, Quis (inquit) non au-
diuit id semel à Græcis euersum, quod nunc desertum est? Sunt qui putent poste-
riores hos condidisse, ratos locum eum inauspicatum esse, propter calamitates,
uel quod Agamemnon antiqua consuetudine cum fuerit execratus. Quemadmo-
dum Cræsus cum Sidenam cepit, in quam Glaucias tyrannus aufugerat, exe-
cratus est, quicumque eum locum instaurarent. Quare ab eo loco illos credunt ab-
stinuisse atque alium condidisse. Astypalienses itaque qui Rhatium tenuerunt
primi oppidum iuxta Simoentem habitauere, quod nunc Polisina nominatur,
in loco non ualde idoneo, quapropter cito euersum est. Noua uero habitatio & tem-
plum apud Lydos condita sunt. Ea in initio non erat urbs, sed multis annis
post, & paulatim, ut diximus, creuit. Hellenicus uolens Iliensibus gratificari,
ut illius fama est, concedit nouam & antiquam urbem eandem esse, qua deleta, qui

Sigeum & Rhætium habitabant, regionem inter se partiti sunt, ea autem restituta, omnia reddiderunt. Idam proprie *πολυπίδακα*, id est multifontem dici existimant, propter fluminum multitudinem ex ea profluentium, praesertim ubi Dardanica regio ei subiacet usque Scephim & Ilienfia. Demetrius eorum locorum gnarus, ut homo indigena, ita inquit: Est collis quidam Idæ nomine Cotylus, ultra Scephim ad centum ac xx. stad. ex quo Scamander & Granicus, & Aefapus fluunt, sed hi ad septentrionem & Propontidem tendunt, è pluribus fontibus manantes, Scamander ad occasum ex uno fonte. Fontes inter se distant xx. stad. intervallo, & finis Aefapi ab ortu suo plurimum distat quingentis ferè stadijs, ut poeta inquit,

*κρυῖν δ' ἴκανον καλιζῶν ῥήθα δὲ πηγὰς
δοιὰ ἀναίσοσσι σκαμάνδρου δινήεντος
ἡμῶν γὰρ ὕδατι λιανῶ ῥέει, ἀμφὶ δὲ λαπνὸς
γίνεται ἕξ αὐτῆς ὡσεὶ πυρὸς ἀθρομῆσι,
ἃ δ' ἐτέρη θέρει προρέει εἰκῆα χαλάσῃ, ἢ ψιόνι ψυχῶ. id est,*

Dicendi causam praestat mirandus aquarum
Fluxus hic geminis Scamander fontibus exit,
Alter enim tepidis fumosus labitur undis,
Alterat in medio tam fertur frigidus aestu,
Quam nix & grando, glacie districtus aquai.

λιανῶ dixit tepida, id est calida. Addidit etiam fumosus, quia fumus ex eo fit sicut ex igni, sed in eo loco nunc calidae aquae non inveniuntur, nec Scamandri fons ibi est, sed in monte, isque unus & non duo. Calidas quidem defecisse uerisimile est, frigidae autem per deriuationem è Scamandro effluentes iuxta hunc locum exoriuntur, uel quia prope Scamandrum sunt, atque haec aqua Scamandri fons dicitur. nam hoc modo plures fontes eiusdem fluminis dici possunt. In hunc Andrius influit ex quadam Carisena montana regione, compluribus uicis habitata & optime culta, quae Dardanicae adiacet, usque ad loca Zeliae ac Pityae finitima. Eam regionem à Careso flumine dictam putant, cuius poeta meminit,

ῥήσος δ' ἐπ' ἀπὸρὸς τε λιανῶς τε ῥόδιός τε.

Et septem Rhesi uada, tum Rhodium atque Caresum.

Rhesus flu. Hic idem dicit urbem de nomine fluminis appellatam erutam esse. Rhesus fluminis nunc Rhoites appellatur, nisi qui in Granicum influit, Rhesus sit. Septem uadus, quem multi uadum nominant, septies pertransitur à locis pulchrae pinui finitimis, uicum Celenas eunti, & Aesculapium Lysimachi opus. De pulchra pinu Atalus qui primus regnauit, ita scribit, ambitum eius esse pedum xxiiii. altitudinem à radice lx. & vii. postea in tria scissam aequaliter inter se distantia, iterum in unam apicem cohiberi. Totam eius altitudinem esse duorum iugerum & xv. cubitorum, distat ab Adramyttio stad. centum & octoginta ad septentrionem. Carefus à Malunte fluit, qui locus inter Palæsepsim iacet, & Acheium ulterioris Tenediorum agri, immittit autem in Aefapum. Rhodius à Cleandria & Gordo fluit, quae stad. lx. distant à pulchra pinu, influit autem in Aenium in Aefapi conualle, quae à sinistra cursus eius est. Primum inuenitur Polichna locus munitissimus, deinde Palæsepsis, deinde Halizonium, quod iam ad Halizonum materiam (de quibus ante diximus) confectum est. Postea Carefus urbs deserta, & Carefina regio, & flumen ab eo dictum, quod conuallem in gentem efficit, minorem tamen ea quae Aefapi

Rhodium flu.
Cleandria.
Polichna.
Palæsepsis.
Halizonium.
Carefus urbs.
Carefina reg.
Demetrius no-
tatur.

Andrius flu.
Carisena reg.
Carefus flu.

pulchra pinus

Rhoites.

Rhesus flu.

Iliad. μ.

Idæ fontes.

Cotylus collis
Scamandri or-
tus.

Aefapus flu.
Granicus.

Aefapi est. In me culta. In gentariae. C sit, ubi agri cuncq; uel in perficantes semel ausi fuerent da er bente, ut xx ex dinumer l. ab Aefapi deduci, sed a rium est Aef stans à cōtin & portus de πρὸς αὐτῶν ἰσθμῶν Smintheu p Circūstan Lectum uerf sunt aliae qua minata est, & & Colona ru pertinebāt, & continue Le illa, quem ad est Cebrina & Alexādria, Si signum quod Hanc statuan huic loco cong giæ poeta trac tuos, ubi terr mām q; agref uten silium ex quæ in Creta abundare, & l dibus premar Troum, quæ se. Signum q; chthonius qu minibus ea pi giæ, quæ Chr multus in loci thia uocantur ma. In Parian

Aefapi est. Iam uero deinceps Zeliæ sequuntur campi, & loca collibus plena & optime culta. In Aefapi dextra, inter Polichnam & Palæscpsim est uicus nouus, & argentariæ. Quod etiam ad eandem materiam ponendū est, ut illud saluum esse possit, ὅθεν ἀργύρος ὄσι γυνέθλην, id est, Argēti ubi uena est. Siue Alybam siue Alopam, siue ut cuncq; uelint nominare. Oportuit enim eos & hoc fingere, parumper sibi frontem perfricantes, nec claudum quicquā, & reprehensionem obuium relinquere, cum iam semel ausi fuissent. His itaq; sic accurritur, cætera quoque uel plurima ab eo animaduertenda erant, ut ab homine perito & indigena, & tantam de his rebus curam habente, ut xxx. libros conscripserit, in expositionem paulo plurimum lx. uersuum, ex dinumeratione Troianorū. Dicit itaq; Palæscpsim ab urbe Aenea distare stad. l. ab Aefapo flumine xxx. rursus ab hac Palæscpsi nomen ad alia plurima loca deduci, sed ad oram unde digressi sumus, redeundum est. Post Sigeum promontorium est Achilleum & Achæium, ulterior Tenediorum regio & ipsa Tenedos, distans à cōtinenti ad stad. xl. Ea ambitū habet ad stad. lxxx. & urbem Aolicam, & portus duos & Apollinis Sminthei delubrum, ut poëta testatur,

τρυφιδόιοτε ἰφι ἀνάοσις σμινθεῖν.

id est,

Smintheu præclaræ Tenedi dominator Apollo.

Circūstant eam duæ paruæ insulæ, quas Calydnas uocant, sitas in nauigatione Lectum uersus. Tenedum alij Calydnam dixerunt, alij Leucophrym. Circa eam sunt aliæ quædam insulæ. In hac de Tene conficta fabula narratur, à quo insula nominata est, & de Cygno qui genere Thrax fuit, & Tenæ pater (ut quidam uolunt) & Colonarum rex. Achæio continua erat Larissa & Colona, quæ prius ad Diam pertinebāt, & Chrysa in loco excelso & petroso supra mare sita, & Amaxitus quæ continue Lecto subiacet, nunc Achæio continua est Alexandria. Oppida uero illa, quemadmodum & alia complura castella Alexandriam migrauerunt, è quibus est Cebrina & Neandria, regionem tamen illi habent. Locus ipse in quo nunc est Alexāndria, Sigia uocabatur. In urbe Chrysa est Apollinis Sminthei delubrum, & signum quod nominis ueritatem seruat. Nam mus quidam pedi statuæ subiacet. Hanc statuam Scopas Parius fecit. Historia siue fabula, quæ de muribus narratur, huic loco congruit. nam Teucris è Creta profectis (de quibus primo Callinus elegiæ poëta tradidit, post multi sunt secuti) datum erat oraculum, ibi eos sedem posituros, ubi terrigenæ eos adorirentur. Id circa Amaxitum dicunt contigisse, maxime namq; agrestium murium multitudinem noctu exortam, quicquid armorum & utensilium ex corio inuenissent corrosisse, Teucros ibi mansisse, atq; Idam ab Ida quæ in Creta est appellasse. Heraclides Ponticus author est, mures ibi circa templū abundare, & sacros existimari, simulacrum uero ita instructum esse, ut murem pedibus premat. Alij Teucrum quendam prodidere ex Attica profectum, ex urbe Troum, quæ nunc Oxypeteon nominatur, Teucros uero nullos ex Creta uenisse. Signumq; coniunctionis Troum cum Atticis dicunt, quod apud utrosque Erichthonius quidam generis author predicatur, iuniores ita dicunt. Homeri autem carminibus ea præcipue uidentur concordare, quæ sunt in campo Thebano, & uestigia, quæ Chrysa in eo sitæ olim ostendebantur, de quibus mox dicendum est. Sed multis in locis est Sminthei nomē. nam iuxta Amaxitū duo loca sunt, quæ Sminthia uocantur, præter eum qui est iuxta templum. Item alia Larissæo agro proxima. In Pariano etiam agro locus est Sminthius appellatus. Item apud Rhodum

In catalogo.

Aenea urbs.

Achilleum.

Achæium.

Tenedos.

Aolica.

Smintheus As

pollo.

Iliad. a.

Calydnae.

Leucophrym.

Tenæ fab.

Larissa.

Colona.

Chrysa.

Amaxitus.

Cebrina.

Neandria.

Sigia.

Smintheus qua

re dict. Appol.

Idæ mons.

Oxypeteon.

Erichthonius.

Sminthia.

& Lyndum & alia plurima loca, nunc templum Sminthium uocant. In agro itaque Lecti scorsum est Halysius campus, & Tragesei sales, qui spon tenascuntur, & Ethesijs uentis congelascunt. Iuxta Amaxitum ara quoque XII. deorum, quam Agamemnon construxit, Lecti ostenditur. Hæc loca contra Ilium sunt ad stad. c. c. uel paulo plura. Sic ex altera parte sunt Abydensia, quanquam paulo propior est Abydus. Deflectenti autem Lectum sunt clarissimæ Aeolum urbes. Postea est sinus Adramyttinus, in quo poëta maximam Lelegum partem uidetur collocare, & Cilicas qui duplices sunt. Hic est Mitylenæorum litus, quod uicos aliquot habet in illorum continenti. Eundem sinum Idæum nominant, nam iugum à Lecto ad Idam porrectum primis sinus partibus imminet, in quibus poëta primum Lelegas sitos dixit, de quibus & si prius dictum est, nunc tamen est repetendum, quia

Pedafus. Pedafon urbem quandam sub Alte positam inquit,

Iliad. φ. ἄλτεω, ὅς λελέγεσι φιλοππολέμοισι ἀνάσσει
 πηδασον ἀπένεσαμ ἔχωμ ἐπὶ σατνιόγῃτι.

Sub cuius Lelegum populi ditioe tenentur,
 Pedafus & fluuio quæ iuncta est Satnioënti.

Satniois. Nunc urbis locus desertus ostēditur. Quidam ὑπὸ σατνιόγῃτι, id est sub Satnioente scribunt, sed non recte quasi urbs sub monte Satnioënte sita sit, cum nullus ibi mons Satniois existat, sed fluuius ad quem urbs sita est, quanquam nunc deserta, nominat autem fluuium,

Iliad. ζ. σάτνιον γὰρ οὐτὰσε δὲρεὶ μετάλμην ὄφρυόγῃτι
 οἰνοπίδῳ, ὃν ἀράνιμφι τέκε νηὶς ἀκύμων
 ἦνοπι βδοκλιόντι παρ ὄχθαις σατνιόγῃτος.

id est,

Satnion Oenopidem contorta perculit hasta,
 Quem quondam Nais peperit pulcherrima Nympha,
 Oenopi, seruaret dum Satnioentis ad undam Illeboues. Et illud,

Iliad. ζ. καὶ δὲ σατνιόγῃτος ἐϋρρέταο παρ ὄχθαις
 πηδασον ἀπένεω.

id est,

Ad rapidi ripas † ardebat Satnioentis
 Pedafon excelsam.

* In Hom. exēplaribus legitur vōs, id est, habitabat, non autē κῶς, quo pacto uidetur legisse interpres.

Postea Satnioënta dixit, alij uero Saphnioënta, qui torrens magnus est, & celebris propter poëtā qui eum nominauit. Hæc loca Dardanio agro & Scepsio sunt continua, tanquam alia quædam Dardania, humiliora tamen. Nunc Assiorum et Gargarensium sunt usque ad mare Lesbum, contenta in regione, quæ olim Antandria erat & Cebriniorum & Neandrinorum & Amaxitanorum agro. Neandri ni enim ultra Amaxitum sunt, cum & ipsi circa Lectum sint, & magis mediterranei, & magis Ilio propinqui, nam centum & quinquaginta stadijs ab eo distant. Ultra hos sunt Cebrinij, ultra Cebrinios Dardanijs usque Palæscpsim atque Scepsim ipsam. Acæus Antandrum Lelegum urbem dixit, Ut,

Antandrus. πρῶτον μὲν καὶ ἀντανδρος λελέγων πόλις.
 Vrbs Lelegum in primis Antandros.

Leleges. Scepsius eam in adiacentibus ponit, ita ut in Cilicum terram exeat. His enim quodammodo Leleges sunt finitimi, australe Idæ latus terminantibus, humiles tamen sunt & ij qui maritimam oram attingunt, præsertim iuxta Adramyttiū. nam post Lectum est Polymedium locus quidā ad stad. XL. ab eo distans, uel ad LXXX. lucus paruus est circa mare, uel ad C. & XL. Gargara, quæ in promontorio quodā iacent

Adramyttium Polymedium. Gargara.

iacent, quo
 cto usq; C
 tur, & prop
 Gargara fi
 Oris latitu
 est Antand
 iudicatas d
 ea per flum
 In proxim
 uale. Extra
 tum habet
 huiusmodi
 phantis & E
 ostia, quæ i
 quus sinus
 memoria di
 excelliorem
 postea ex eo
 Græcis inte
 Scepsis dicit
 duo genera
 patum conu
 qui ex eo ge
 tigonus Sce
 rediere. Sceps
 sub ditam, &
 Achilles,
 ἢ οὐ μέγα ὅτε πα
 σὶνα κατ' ἰδ' ἀέτα
 κούμῳ δ' εἰς λυρῆ
 Nonne mem
 Tu fugeres, c
 Quæ uero
 ribus Scepsijs
 mo infensus e
 αὐτῶν γὰρ περιπέτῃ
 ἴσθη ἀρ' ἐδ' ἰοῦ
 Hicodio Pria
 Quod sibi pro
 Alios & p
 propter hosp
 uitate Ilij dicit
 mus intacta re
 seruatos tradi
 minatur, Aer
 uigasse. Alij e

iacent, quod sinum efficit, qui proprie Adramyttius uocatur. nam tota ora à Le-
cto usq; Canas hoc eodem nomine appellatur, in quo & Eleaticus comprehendit
tur, & proprie eum Adramyttinum dicunt, qui à promontorio clauditur, in quo
Gargara sunt, & à promontorio Pyrrha uocitato, in quo Aphrodisium situm est.
Oris latitudo est à promontorio in promontoriū spatium c. & xx. stad. Interius
est Antandros, cui mons imminet, quem Alexandriam uocant, ubi deas à Paride
iudicatas dicunt: & Aspaneus, ubi Idæ materies cæditur. hic enim eam aptant, post-
ea per flumen deducunt. Deinde est Astyra uicus, & lucus Astyrenæ Dianæ sacer.
In proximo est Adramyttium Atheniensium colonia, quæ & portum habet & na-
uale. Extra sinum & Pyrrheam promontorium est Cisthena urbs deserta, quæ por-
tum habet. Ultra eam in mediterranea est æris uena & Perperena & Trariū, & aliæ
huiusmodi habitationes. In sequenti Mitylenæorum ora sunt habitationes Cory-
phantis & Heraclia, deinde Attea, deinde Atarneus, & Pitana, & Caici fluminis
ostia, quæ iam ad Elaiticum sinum pertinent. In ulteriore regione est Malia, & reli-
quus sinus usq; Canas. Sed rursus de singulis dicamus, si quid prætermisum est
memoria dignum, ac primum de Scepsi. Est autem Palæscepsis ultra Cebrinem, ad
excelsiorem Idæ partē prope Polichnam. Ea olim Scepsis uocabatur, postea aliter,
postea ex eo dicta est, quod locus esset circūspectus, si antiqua Barbarorū nomina
Græcis interpretanda sunt. Postea LX. stad. inferius in eam migrare, quæ nunc
Scepsis dicitur, authore Scamandrio Hectoris filio, & Ascanio Aeneæ. Atq; hæc
duo genera multo tempore dicuntur Scepsi imperasse, postea in paucorum princi-
patus conuersa sunt, postea cum Milesijs populari statu habitare, nihilominus
qui ex eo genere erant reges dicebantur, & honores quosdā habebant. Postea An-
tigonus Scepsios Alexandriā deduxit, qui deinde Lysimacho permittente, domū
rediere. Scepsius Scepsim putat Aeneæ regiā fuisse, quæ media erat inter regionē illi
subditam, & Lyrnessum, in quam ab Achille agitatū fuisse dicitur. Dicit enim
Achilles,

ἢ οὐ μέμνη δτε πέρσει βοῶν ἀπὸ μῆνον ἰόντα
σεῦα κατ' ἰδάκων ὀρέων ταχέωςι πόδεσσι,
καίθην δ' εἰς λυρνησὸν ἐπέκφυγες.

id est,

Nōne memor, cum te sequerer, montana per Idæ?

Tu fugeres, cursuq; celer Lyrnesson adires?

Quæ uero de Aeneæ memorantur, non concordant cum ijs quæ nunc de ducto
ribus Scepsijs dicta sunt. Dicunt enim eum in bello superfuisse, propterea quod Pria-
mo in fensus esset, ut

αἰεὶ γὰρ πριάμω ἐπεμύνη δ' ἴα
οὐνεκ' ἀρ' ἰδὸν ἰόντα μετ' ἀνδράσιν οὔτι τίσκε.

Hicodio Priamum regem indignatus habebat,

Quod sibi pro meritis non impartiret honores.

Alios & principes ut Antenoridas, & ipsum Antenorem euasisse existimant,
propter hospitalitatem quam cum Menelao habebant. Vnde Sophocles in capti-
uitate Ilij dicit, Perdalin ante Antenoris ianuam positam fuisse, signum ut eius do-
mus intacta relinqueretur. Vnde Antenorem ac filios eius cum Enetis in Thraciā
seruatos tradunt. Inde circa Adriam in eam partem uenisse, quæ nunc Enetia no-
minatur, Aeneam cum patre Anchise & Ascanio filio multis comitantibus ena-
uigasse. Alij eum dicunt circa Macedoniā Olympū habitasse, alij circa Mantiniam

Pyrrha.
Aphrodisium.
Antandros.
Alexandria.
Paridis iudici-
um.
Aspaneus.
Astyra.
Adramyttium
Cisthena.
Perperena.
Trarium.
Coryphantis.
Heraclia.
Attea.
Atarneus.
Pitana.
Caicus.
Elaiticus sinus
Malia.
Canæ.
Palæscepsis.
Scepsis unde.
Cebrine.
Polichna.
Scepsis.
Scamandrius.
Lyrnessus.

Iliad. v.

Aeneæ fatum.

Iliad. v.

Antenor.
Enetia.

Mantinia.

Capue. in Arcadia Capuas condidisse, & à Capi quodam urbi nomen imposuisse, alij in
Aegestia. Siciliam Aegestam profectum, cum Elymno & Troiano Erycem & Lilyæum
Scamander. occupasse & fluuios circa Aegestā appellasse Scamandrū & Simoëntem. Inde in
Simois. Latiū profectū, ibi permanisse responso quodā iubente, in eo loco sibi permanen-
Mensa Aenea. dum esse ubi mensas ederet, quod in Latio prope Lauinium accidit. Ibi enim in-
 gens panis pro mensa per imprudentiā appositus, cum carnibus qui super eo erāt
 absumptus est. Homerus nec cum ijs consentire uidetur, nec cum alijs, qui de au-
 thoribus Scepsios memorantur. Significat enim Aeneam imperij successorem in
 Troia remansisse, ac Troiæ imperium extincto Priamidarum genere, natis nato-
 rum tradidisse, ut

Iliad. ἴδεις γὰρ πριάμω γυμνῷ ἠὲ καὶ ἰσχυρῶν,
 νῦν δὲ δὴ ἀνείας βίη προέοσι ἀνάξει,
 καὶ παίδων παῖδες, βίην μὲν τοπίδων γυῖωνται.

Iam Priami genus est miseratus Iuppiter, at nunc
 Imperium Troiæ Aeneas uiolentus habebit,
 Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Sed hoc modo nec Scamandrii successio seruabitur, multo magis etiam ab ijs dif-
 sentit, qui Aeneam dicunt usq; in Italiā errasse, atq; ibi obiisse. Sūt & qui sic scribāt,

ibidem. ἀνείας γὰρ πάντεσσι ἀνάξει,
 ἢ παίδων παῖδες.

At genus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
 Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Eraflus philof. Quod de Romanis dicunt, è Scepsi fuere philosophi Socratici, Eraflus, & Co-
Coriscus. rificus, & Neleus Corisci filius, qui Aristotelem & Theophrastum audiuit, & suc-
Neleus phil. cessor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat. nam Aristoteles &
Aristotelis bi- bibliothecam & scholam reliquit Theophrasto, & primus omnium quos scimus
bliotheca. libros congregauit, & Aegypti reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophrastus
Theophrasti uero eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris dedit, homini-
bibliotheca. bus sanè imperitis, qui libros inclusos, ac negligenter positos tenebant. Cumq; At-
 talicorum regum sub quibus erant, studium sentirent conquirendorum libro-
 rum, ad instruendam eam bibliothecam, quæ Pergami erat, eos in fossa quadam
 sub terram occuluerunt, quos & tineis & humiditate labefactos, tandem qui ex
 eo genere erant Apelliconi Teio tradiderūt, magno emptos argento, Aristotelicos
 scilicet atq; Theophrasticos. Apellicon, ut qui magis librorū esset studiosus, quàm
 sapientiæ, uolens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non
 recte suppleta, quapropter libros edidit erroribus plenos. Sed antiqui Peripathe-
 tici post Theophrastum, cum omnino libris ordinarijs carerent, paucis duntaxat
 exceptis, exteriorum sermonum, nihil habebant in quo firmiter philosopharen-
 tur, sed positiones quasdam lucubrabant. Posteriores postquam hi libri in lucem
 uenere, Aristotelem imitantes, longe melius quàm illi, philosophati sunt. nam pro-
 pter errorum multitudinem consentanea dicere necesse habuere. Multum ad hoc
 Romani contulerūt. Nam continuo post Apelliconis obitum Sylla qui Athenas
 cepit, allata illius bibliotheca huc eam transtulit. Tyrannion quoq; grāmaticus in-
 cepit, cum Aristotelis amantissimus esset, eo sibi conciliato qui bibliothecę præe-
 rat. Item librarij quidam scriptoribus utentes non bonis, nec scripta conferentes,
 quod in his libris præsertim fieri solet, qui uendendi transcribuntur, tum hic, tum
 etiam

Apellicon Tei-
us.
De his Politia.
Miscel. . capi.
commeminit.

Tyrannion
grāmaticus.

etiam Alexar
 sape fecimus
 pore, quo Cr
 uita inciuile
 quodam dice
 quam pauper
 atque uti Car
 ad illum cum
 præpositus f
 fit. Nam cu
 nem Armeni
 ti, iam è pater
 dicitur) in itin
 dira & Pioni
 combustus fe
 rum exudat t
 uocant. Pseu
 leges teneban
 mari & portu
 mode dictum
 Qui sceleri pa
 Portus agge
 qui Zenonis
 Hoc in loco A
 Hermia tyran
 famulus, qui
 minum reuerf
 raut. Postea i
 curauit, Arif
 dius cum Per
 tia, hospitalita
 cum compre
 gientes loca à
 Allum condi
 poniam Eolica
 reges incolise
 trius Scepsius
 tat hæc omnia
 rus eos separa
 Ad mare stan
 Et Lelegum p
 Quod qui

etiam Alexandriae. Sed de his satis. E Sceptis fuit Demetrius grammaticus is, de quo saepe fecimus mentionem, & qui Troianam instructionem exposuit, eodem tempore, quo Crates & Aristarchus. Posthunc fuit Metrodorus, qui est philosophica uita inciuile mutatus est, magna ex parte in scriptis suis oratorie loquens, & nouo quodam dicendi genere usus est, quo multos deterruit, propter famam uero, quam pauper erat, clarum tamen coniugium apud Carthaginenses est assecutus, atque uti Carthaginensis uiuebat. Cumque Mithridatis amicitiam sibi conciliaffet, ad illum cum uxore discessit, & honore maximo affectus est. Nam reddendo iuri praepositus fuit, a quo non erat ad regem prouocatio, ei tamen non feliciter cessit. Nam cum in hominum improborum odium incidisset, legatus ad Tigranem Armenium missus a rege desciuit. Tigranes inuitum eum remisit Mithridati, iam a paterno regno fugienti. Ille siue regis opera, siue morbo (nam utrunque dicitur) in itinere mortuus est. Ac de Sceptis quidem haec. Post Sceptim sunt Andira & Pionia & Gargarensis ager. Circa Andira lapis quidam inuenitur, qui combustus ferrum fit, deinde cum terra quadam in fornace excoctus pseudargyrum exudat terra, quae terra si aes acceperit fit mixtura, quam quidam orichalcum uocant. Pseudargyrum etiam circa Tmolum gignitur. Haec sunt ea loca quae Leleges tenebant. Eodem modo & Assersia Assus & arte & natura munita est. Ea a mari & portu longum & erectum ascensum habet. Vnde illud Stratonici comode dictum est,

ἄσσοι ἰθὺς ὡσπερ δ᾽ ἄσσοι ὀλίγη πείραθ' ἰκναί. id est,

Qui sceleri passu Assumit, mortis periculum adit.

Portus aggere ingenti constructus est. Hic fuit Cleantes philosophus Stoicus, qui Zenonis Citiensis scholae successit, quam postea Chrysippo Solensi reliquit.

Hoc in loco Aristoteles aliquandiu permansit, propter eam affinitatem quam cum Hermia tyranno contraxerat. Fuit autem Hermias eunuchus, trapezitae cuiusdam famulus, qui Athenas profectus Platonem Aristotelemque audiuit, postea ad dominum reuersus atque cum eo primum & Aternenses & Assenses aggresso imperauit. Postea illi successit, & Aristotelem & Xenocratem ad se accersitos diligenter curauit, Aristoteli etiam fratris sororem dedit. Per id tempus Memnon Rhodius cum Persis ministraret, & exercitum duceret, simulata cum eunucho amicitia, hospitalitatis nomine, & tractandarum rerum gratia illum ad se uocat, quem cum comprehendisset ad regem misit, ibique suspensus est. Philosophi uero fugientes loca a Persis occupata, incolumes euasere. Myrsilus dicit Methymnaeos Assum condidisse, Hellicanicus eam Aelolicam esse uult, quare & Gargara & Lamponia Aelolica sunt. nam Assij Gargara condiderunt, quae non bene habitatur. nam reges incolis ex urbe Mileto deductis illam desertam reddiderunt. Quare Demetrius Sceptis eos pro Aelolibus semibarbaros effectos dicit. Vt uero Homerus putat haec omnia Lelegum erant, quos quidam Cares nominant, quanquam Homerus eos separat, ut

πῆρς μὲν ἄλως ἰάροισι καὶ παίωνισι ἀγκυλόροφοι
καὶ λέλεγες καὶ καύκωνες. id est,

Ad mare stant Cares, curuato & Paones arcu,
Et Lelegum populi, & Caucones.

Quod quidem diuersi a Caribus fuerunt, habitabant autem inter eos qui sub

Demetrius Sceptis.

Crates.
Aristarchus.
Metrodorus
qui fuerit.

Andira.
Pionis ager.
Lapis ferreus.
Pseudargyrum.
Orichalcum.
Leleges.

*In Greco Assersia non legitur, ἀσσοί ἰκναί.
Assersia.
Assus.

Cleantes philosophus.

Hermias.

Aristotelis uxor.
Memnon Rhodius.

Gargara.
Lamponia.

Iliad. 2.

Cares.
Paones.
Leleges.
Caucones.

M

Halicarnassus. Ænea erant, & eos qui à poëta Cilices appellātur, sed ab Achille uastati in Cariā mi-
Mindus. grauere, & loca occupauerūt circa eam, quæ nūc Halicarnassus dicitur. Vrbs Peda-
Bargylia. sus ab eis deleta, nō amplius extat. In Halicarnassensiu uero mediterranea, quæ ab
 eis Pedasa dicta sunt, urbs erat & regio, nūc Pedasensis appellatur. In ea dicūt octo
 urbes prius Lelegas habitasse cum hominibus florent, quapropter Cariam occu-
 pauerūt usq; Mindum & Bargylia, & Pisidig multū absciderunt. Postea exercitū
 cum Caribus ducentes, in totam Græciā sunt diuisi, & genus deletum est. Ex octo
 ciuitatibus sex Mausolus in unam contulit Halicarnassum, ut Callisthenes refert.
Gela. Mindum uero cum Gela seruauit. Pedasij & eorum finitimi (ut Herodotus scribit)
Herod. lib. 11. maximam diligentiam habent, ut eorū sacerdos Palladi sacra barbam habeat, quod
Pedasus. eis ter contigit. Pedasus oppidū est in agro Satratonicensiu, Lelegum sepultura, &
 munitiones, & habitationū uestigia apud Milesios, et in tota Caria apparēt. Oram
 quæ post Lelegas sequitur, Leleges habitauerunt, ut Homerus uult. Nunc eā Adra-
 mytteni habent, & Atarnenses & Pitanæi usque ad Caici fluminis ostia. Cilices (ut
Atarna. ante diximus) in duos diuisi erant principatus, alterū Eetionis, alterū Minetis, un-
Cilices. de Thebam Eetionis urbem dicit, ut
Theba. *Iliad. α.* ὠχόμεθ' ἐς θήβην ἱερῶν πόλιν ἠετίωνος.

Nos Thebam allati sacram Eetionis ad urbem.

Chrysa. Eius etiam Chrysam significat, in qua Apollinis Sminthei templum est, siquis
Chryseis ubi dem Chryseis ex Theba capta fuit,
ibidem mox se
quitur.

ἠχόμεθα γὰρ ἐς θήβην
τῶν δὲ διεπράθομεν τε ἠχομεν ἑνθάδε πάντα.

Nos Thebam inquit allati,

Nos urbe euerſa res huc adueximus omnes. Et illud,

ἠ τὰ μὲν ἐν δαίαντο μετὰ σφίσιμ

ἐκ δ' ἔλθω ἀτρίδ' ἠ χρυσίδ' ἀλαμπάρκω. id est,

Hæc inter se partiti, Chryseida solum

Excepere duces, Agamemnoni munus Atridæ.

Lyrnessum autem Mynetis,

Iliad. v. ἐπειδὴ λυρνησὸν διαπορθύσας ἠ τέχεα θήβης.

Quoniam Achilles

Lyrnessus.

Lyrnessum & magnæ populatus mcenia Thebæ.

Mynetis.

Epistrophus.

Mynetem & Epistrophum interemit, unde cum Briseis dicit,

Briseis.

Iliad. 7.

ὄνδ' ἔμ' ἔασκεδ' ὄτ' ἀνδρ' ἐμὸν ὠκὺς ἀχιλλεύς

ἔκτανεν, πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο μύνητος.

Nec me dure meum uoluisti flere maritum,

Quem celer è uita quondam submouit Achilles,

Funditus euerſa diuini sede Mynetis.

Thebanus cap. Non Thebam dicit quæ Eetionis erat, sed Lyrnessum. ambæ enim in eo campo
 erant, qui postea Thebanus campus est appellatus. Is propter fertilitatem prius à
 Mysis ac Lydis, postea à Græcis infestatus est, qui eum ex Æolide ac Lesbo habita-
Adramyttium uerunt, nunc bonam partē habent Adramytteni. In eo Theba est, & Lyrnessus lo-
 cus natura munitus, nunc ambæ sunt desertæ. Altera ab Adramyttio distat stad. LX.
 altera LXXX. In agro Adramytteno est & Chrysa & Cilla. Nunc quoq; prope The-
Chrysa. bam est locus quidam Cilla appellatus, in quo Cillei Apollinis templum est. Hunc
Cilla. locum Cilleus amnis præterlabitur ex Ida delatus. Hæc autē sunt in Antandri agro.
Cilleus Apollo
Cilleus flu.

Cilleum

Cilleum quo
 inter Garga
 linis templu
 Chryse Apo
 uerſus. Chry
 Hic fuit Apo
 est delubrum
 ex Cilicibus
 rum periti di
 le mentionem
 ni d' ὄρε δ' ἠ μὲν
 At Danaï po
 Nec temp
 ἐκ δ' ἔμ' ἔασκεδ' ὄτ'
 τῶν δὲ διεπράθομεν τε
 πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο
 Vprimume
 Hanc Laerte
 In manu ch
 Nec prope
 nec locus ullu
 pollinis temp
 ἐκ δ' ἔμ' ἔασκεδ' ὄτ'
 τῶν δὲ διεπράθομεν τε
 Qui Chrysa
 In Theba
 fa ad nauale L
 nauigasse. Na
 te ibi manet, n
 li. Quare Vly
 Apollinis Cil
 lopis aurigan
 de Teucris au
 quidem Smin
 paruis rebu
 bus quos Ote
 ab ijs liberau
 quod ips uin
 bestiola non g
 suo. Hirubig
 nopion uoca
 Pornopio. M
 pfo Adramit
 dita. Astryan
 oppidulū in
 erant, quibus
 templum in l

Cilleum quod in Lesbo est, ab hac Cilla nominatū cōstat. Est etiam Cilleus mons inter Gargara & Antandriū. Testis est Daes Coloneus, apud Colonas Cillei Apollinis templum ab Æolibus ē Græcia nauigantibus ædificatum esse. Dicunt etiam Chryse Apollinem Cilleum esse. Sed incertum, num idem sit qui Sminthius an diuersus. Chrysa oppidū erat ad mare portū habens, cui proxime Theba imminet. Hic fuit Apollinis Sminthei delubrum, & Chryseis, nunc locus omnino desertus est. delubrum ipsum Chrysam, quæ nunc iuxta Amaxitū est, translatum fuit, cum ex Cilicibus alij in Pamphylia exissent, alij Amaxitum. Veterum autem historiarum periti dicunt Chrysen & Chryseida hinc fuisse, & Homerum loci huius fecisse mentionem. Sed hic nullus est portus, ille uero dicit,

οἱ δ' ὅτε δὴ λιμὴν πολυβρύχου γῆρας ἴκοντο.

At Danai postquam portum tenuere profundum.

Nec templum ad mare est, ille uero ad mare id fecit, ut

*ἐκ δ' ἔχρυσῆς νηὸς βῆσαντο πτόροιο,
πλὴν μὲν ἔπειτ' ἰὼν βοῶν ἀγῶν πολύμητις ὀδυσσεύς
πατρὶ φίλῳ γ' ἤχευε τίθει.*

Ut primum exposita est bibula Chryseis arena,

Hanc Laerte satus sacras deducit ad aras,

Inq̄ manu chari genitoris ponit alumnam.

Nec prope Thebam, ille autem prope eam dicit, atq; illic captam Chryseida. Sed nec locus ullus in Alexandriorum agro ostenditur Cilla appellatus, nec Cillei Apollinis templum, poëta uero ea coniungit, ut

ὅς χρύσειον ἀμφιβέβηκας ἰλίδα τε ζαθίλω. id est,

Qui Chrysam circum regis Cillamq; sacratam.

In Thebano autem campo propè ostenditur. Nauigatio quoq; à Cilicia Chrysa ad nauale LX. ferè stad. est, unius quodammodo diei, quantum Vlysses uidetur nauigasse. Nam quàm primū egressus est, sacrificiū deo facit, nocte uero occupante ibi manet, mane rursus nauigat, ab urbe Amaxito tertia ferè parte dicti interualli. Quare Vlysses eadē die nauigare poterat ad nauale, si sacrificiū perfecisset. Circa Apollinis Cillei templum, est Cilli monumentū, ingens quidam tumulus, hunc Pelopis aurigam, ducem locorū dicūt, à quo forsan Cilicia dicta est, uel contra. Quæ de Teucris aut de muribus traduntur, à quibus Sminthius appellatus est, quando quidem Sminthei mures uocantur, huc transferenda sunt. Solent enim homines à paruis rebus imposita, huiusmodi quibusdā lenimentis mitigare. Nam & à culicibus quos Otei conopas uocāt, Hercules Conopius apud illos colitur, quoniā eos ab ijs liberauit. Apud Erythræos quoq; Miliuntem habitātes Ipoctonus colitur, quòd ips uineis infestissimus sit. nam ex Erythreis omnibus, apud illos solum talis bestiola non gignitur. Rhodij autem Apollinis Erythibij templū habent in agro suo. Hi rubiginem erythibam uocāt. Apud Æoles qui in Asia sunt, mus quidā pornopion uocatur, Bœotij autem hoc modo culices uocant, & sacrificiū fit Apollini Pornopio. Mysia itaq; circa Adramittū est, ea olim sub Lydis erat, & adhuc in ipsa Adramittio Lydię portę appellantur, cum urbs (ut dicunt) à Lydis fuerit condita. Astyram uero, qui uicus propinquus est, ad Mysiā putāt pertinere. Fuit olim oppidulū in quo erat Astyrinę Dianę templū in luco, cui Antandrii religiose præerant, quibus id apprime uicinum est, distat ab antiqua Chrysa stad. XX. quæ etiam templum in luco habet, eius est Achillis uallū. In mediterranea est Theba ad stad. L.

Cilleum.
Cilleus mons.

Chryse situs.
Thebe situs.
Smintheus ap.

Amaxitus.
Chryses.

Loc. Iliad. α.

Chryse temp.
Bodem.

Ibidem.

Cillus eiusq;
monumentū.
Cilicia unde.
Sminthius quare
Apollo.

Ἰάπωνος.
Conopius Hercules.

Milius.

Ipoctonus.

Ips uermiculus

Apollo Erythi-

bis.

quibus quid

Apollo Pornopio.

pius.

Ἰάπωνος quid

Ἰάπωνος quid

Lydię portę.

Mysia.

Astyra.

quam poëta cinctam syluis Hypoplacon dicit, ubi nec placos, nec plax, quicquam
 uocatur, nec sylua imminet, quãquã Idę proxima sit. Theba ab Astyris distat ad
 stad. LXX. ab Andiris LX. quæ omnia sunt desertorum locorum nomina, uel male
 habitatorum, uel torrentium fluuiorum, tamen propter antiquas historias celebra
 ta. Vrbes memorabiles sunt Assus, & Adramyttium quod in bello Mithridatico
 calamitate maxima oppressum est. Nam Diodorus imperator consilium ciuium
 deleuit, regi cupiens gratificari, simulq; ex Academicis philosophis se unum esse, &
 ius dicere & oratoriam exercere simulans, qui & in eum locum cum rege profectus
 est. Rege autem euerfo, ijs quos iniuria affecerat pœnas dedit. Nam cum multa in
 eum crimina essent illata, non ferens infamiam, turpiter & obstinate perijt. In ur
 benostra uir Adramytenus, cum orator clarus Asiatici styli, tum certator, si quis
 alius fuit, Xenocles. Is in senatu pro Asia dixit, quo tempore Mithridaticæ fa
 ctionis est accusatus. Apud Astyra est lacus quidam uoraginosus nomine Sa
 pra, qui in iugosum quoddam maris litus erumpit. Sub Andira templum est,
 matri deũ Andirinæ sacrum, & subterraneum antrum Paleam usq;. Est autem
 Palea habitatio quædam sic appellata, quæ ab Andiris distat stadijs centum &
 xxx. Subterraneum hunc meatum torrens quidam in os eius incidens aperuit,
 qui postera die à pastore quodam ad sacrificium eunte, apud Andira fortuito
 repertus est. Atarnius est Hermini tyranni sedes, post quem est Pitana urbs Æo
 lica, quæ portus duos habet, & Eucœnus fluuius qui eam præterfluit, ex quo aquæ
 ductus Adramytenis factus est. E Pitana est Arcesilaus Academicus, qui cum Ze
 none apud Polemonem didicit. In ipsa Pitana locus quidam mari proximus Atar
 neus uocatus, sub Pitanam iuxta eam quæ Insula nuncupatur. Tradunt apud Pita
 nam lateres super aquis innatare, quod & in Etruria in insula quadam contingit.
 Nam cum terra leuior sit quàm aqua, uehi eam contingit. Posidonius uidisse se re
 fert ex quadam creta, quæ res deargentatas abstergit, lateres factos fluitare. Post Pi
 tanam est Caicus, qui ad stadia xxx. in sinum Elaiticum emittit. Elæapolis xii. sta
 dijs est ultra Caicum, quæ Æolica est, & Pergamenorum portus centum & xx. sta
 dijs distans à Pergamo. Deinde ad stadia centum est Cana promontorium, quod
 contra Lectum consurgens Adramytenum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus.
 Canæ opp. Canæ Locrorũ oppidulum, qui ex Cygno profecti sunt, ad australiora Lesbi ex
 trema, sitũ est in agro Canæo. Is enim usq; ad Arginusas pertendit. Et ulterius pro
 montorium quod nonnulli Ægam nominant, eodem nomine quo animal, sed se
 cundam syllabam longam proferri oportet ἀγᾶν, sicut ἀκτᾶν & ἀρχᾶν. sic enim totus
 mons nominabatur, quem nũc Canam et Canas uocant. Circum montem austrũ
 & occasum uersus est mare, orientem uersus Caici campus subiacet, aquilonem uer
 sus Elaiticus ager. Mons ipse satis per sese contractus est, uergit tamen ad Ægæum
 pelagus, unde ei nomen est, postea id promontorium Æga est appellatum, ut Sappho
 dicit. Reliquum uero Cana & Canæ. Inter Elæam, Pitanam, Atarnæum, &
 Pergamum est Teuthranea, distans à qualibet harum citra Caicum supra stadia
 LXX. Teuthras Cilicum & Mysorum rex memoratur. Euripides dicit Augam ab
 Alæo patre (cum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadam cum Te
 lepho filio impositam & in mari demersam esse, sed Palladis prouidentia urnam
 ad Caici ostia transmissam euasisse, Teuthrantem cum eos excepisset, Augam in
 uxorem, Telephum etiam pro filio habuisse. Quæ cum fabulosa sint, aliam profes
 to

cto causam
 fuerit, & qu
 Telephum
 ius historia
 in dicitur
 in dicitur
 Iose Neopt
 Magnanin
 Progenit,
 Ceti, ad ex

In quo p
 quos Ceti
 bulosa quæ
 ne. n. soluan
 dicamus, qu
 perasse, und
 apud eos era
 tius fluuiolu
 qui in Caicu
 chylides inq
 Idæ locis. N
 enim ostend
 dicitur qui i
 fluit, in Caic
 in ingressu p
 in laqueis uer
 lo Caice My

Propeei
 erant, cum lo
 extenditur i
 rius, aliæ int
 Nam & hec
 incipiendur
 Assum nau
 ad aquilone
 Polymedij,
 Singula quic
 mum extren
 opponuntur
 sulæ longitu
 Mitylene in
 stadijs LXX.
 non sanẽ ma
 mnam iuxta

cto causam fuisse par est, quamobrem Arcadis filia cum Myforum rege congressa fuerit, & qui ex ea natus est, regno successerit. Creditum itaq; est Teuthranem & Telephum regioni imperasse, quæ Teuthranis & Caico proxima est. Poëta sic huius historiae mentionem facit,

*ἄλλ' οἶον τὸν τηλεφίδην λατρυήρατο χαλκῶ
ἦρω θυρύπυλον, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτῷ εἰσῆροι
λέητοιοι, ἀτέρονος γυναικῶν εἶνεκα δ' ὄρω.*

Loc. Odyss. n.

Ipse Neoptolemus telo traiecit acuto
Magnanimum heroa Eurypylum, quem Telephus olim
Progenuit, multi circum cecidere sodales
Ceti, ad exitium ob muliebria dona ruentes.

In quo poëta potius nobis innuit, quàm quicquid aperte dicat. Neque enim scimus cetij, quos Cetios accipere debeamus, nec propter quæ muliebria dona. Grammatici fabulosa quædam afferentes, potius inuentiones quasdam conficiunt, quàm quæstione non soluant, quapropter hæc missa faciamus, atque eo sumpto quod magis constat, dicamus, quod Eurypylus (ut Homerus uult) in locis Caico proximis uidetur imperasse, unde forsitan magna Cilicum pars sub eo erat, et non solū duo principatus apud eos erant, sed tres. Cui rationi illud assentiri uidetur, quod in agro Elaitico Cetiis fluuiolus quidam est torrenti similis. Is in alium similem incidit, deinde in aliū qui in Caicum deuoluuntur. Caicus autem non fluit ab Ida, quemadmodum Bacchylides inquit, nec ut Euripides dicit, Marfyas celebres Celænas colit in extremis Idæ locis. Nam Celænæ longe distant ab Ida, longe etiam Caici fontes. in campo enim ostenduntur. Tegnum mons est qui campū hunc terminat, & eum qui Apie dicitur qui in mediterranea Thebani campi imminet. Ex Tegno Mysius amnis fluit, in Caicum emittens, sub fontes eius. De quo quidam arbitrantur Æschylum in ingressu prologi, in Myrmidonibus dicere,

ἰὼ καίκε μύσισαί τε ἐπιέρσαι. id est,
Io Caice Mysiacæ lymphæ.

Prope eius ortū uicus est Gergetha, in quæ Attalus eos transtulit, qui in Troade erant, cum locū eum cepisset. Sed quoniā contra oram à Lecto usque Canas, Lesbos extenditur in insula memoratu digna, circū quam etiam insule quædam iacent, alię exterius, alię inter eam atque continentem, iam nos tempus admonet ut de his dicamus. Nam & hæc Æolica sunt, & Lesbos ferè Æolicarū urbiū metropolis est. Sed ab ijs incipiendum est, à quibus oram quę iuxta ipsam est persecuti sumus. A Lecto itaque Assum nauigati, Lesbiæ regionis initium est secundū Sigrū promontoriū eius ad aquilonem. Hoc in loco est Methymna Lesbiorū urbs LX. stad. distans ob ora Polymedij, Assum uersus uniuersæ insulæ ambitus est stadiorum c. supra mille. Singula quidem ita se habent à Methymna usque Maliam, quod est australissimum extremum, à dextra insulam habentibus, ad quod Canæ plurimum insule opponuntur & terminantur, stad. sunt ccc. & xl. Hinc usque Sigrū, quod est insulæ longitudo, quingenta & sexaginta, inde in agrum Methymnæum cc. ac x. Mitylene inter Methymnam & Maliam iacet, ciuitas maxima quæ à Malia distat stadijs LXX. à Canis c. ac uiginti, totidem etiam ab Arginufis, quæ tres insulæ sunt non sanè magnæ cōtinenti proximæ, Canis adiacentes, inter Mitylenē & Methymnam iuxta uicū agri Methymnæi nomine Ægirum, insula est angustissima, tra-

Pyrrha. icctum habens in Pyrrhæum euripum stadiorum xx. Pyrrha sita est in occidenta
 Mitylene. li Lesbi latere, distat à Malia stadijs c. Mitylene portus duos habet, quorum austra
 lis clausus est, & l. triremiū ac nauium capax, borealis uero magnus est ac profun
 dus aggere protectus. Ambobus obiacet parua quædam insula partem quandam
 habens urbis ibi habitatam. Ea rebus omnibus pulcherrime instructa est, uiros cla
 ros habuit, antiquitus quidē Pittacum unum ex sapientibus, & Alcæum poëtam,
 & Antimenidem fratrem eius, quem Babyloniorum socium Alcæus dicit, magnū
 certamen peregrisse, atque eos è maximis laboribus eripuisse, uiro pugnacissimo, &
 ut inquit, regum luctatore interempto, ac solo relicto & calamitate oppresso. Cum
 ijs Sappho claruit. admiranda res. nam nullam fœminam scimus hoc memorabi
 li tempore huic similem uisam, nec in minima parte poëtica cum illa comparan
 dam. Per hæc tempora ciuitas à compluribus tyrannis oppressa fuit propter inte
 stinas seditiones, unde Alcæi poëmata quæ Stasiotica uocantur, de rebus ijs per
 tractant. Inter tyrannos etiam Pittacus fuit, unde Alcæus tam ei quàm alijs con
 uiciatur, ut Myrsilo & Megalagyro & Cleantidi, & alijs quibusdam. Sed nec ipse
 harum nouitatum non particeps fuit. Pittacus enim ad dominatus eruendos prin
 cipatu usus est, quibus sublatis ciues in pristinam libertatem restituit. Diopha
 nes orator multo tempore posterior fuit, ætate autem nostra Potamon, & Lesbo
 cles, & Crinagoras, & Theophanes rerum scriptor. Hic ciuiliis uir fuit & Pom
 peio Magno admodum familiaris, præcipue propter eam facultatem, & omnia
 gesta ea perfecit, quibus patriam partim per illum, partim per sese ornauit, seque
 Græcorum omnium clarissimum exhibuit. Filium reliquit M. Pompeium, quem
 Cæsar Augustus Asiæ curatorem constituit, & nunc inter primos Tiberij familia
 res numeratur. Athenienses periclitati sunt in maximum dedecus incidere, cum
 S. C. decreuisset omnem Mitylenæorum pubem ad unum iugulari, poenituit ta
 men eos, ac decretum una die antè allatum est ad imperatores, quàm mandata es
 sent peracturi. Pyrrha euerfa est, suburbanum adhuc habitatur & portum habet,
 à quo Mitylenen usque traiectus est stadiorum lxxx. Post Pyrrham est Eressus
 in colle sita sed ad mare descendit. Ab ea Sigrium abest ad stadia x. & viii. Ex Eres
 so fuere Theophrastus & Phantias philosophi Peripatetici, & Aristoteli familia
 res. Theophrastus prius dictus est Tyrnanus, nam Aristoteles mutato nomine
 eum Theophrastum uocauit, simul prioris nominis absurditatem euitans, si
 mul etiam studij facundiam eius significans. Nam Aristoteles discipulos suos
 omnes eloquentes fecit, Theophrastum uero eloquentissimum. Post Sigrium An
 tissa ciuitas est, quæ portū habet: postea Methymna, unde Arion fuit is, quē Hero
 dotus in Tenarum seruatum fabulatur, cum à prædonibus in mari obrutus fuisset. Hic quidem citharædus fuit. Dicunt Terpandrum eiusdem musicæ artificem
 ex eadem insula fuisse, qui primus pro tetrachordo lyra heptachordo usus est, ut hi
 uersus declarant, qui ad eum referuntur,
 Ἐπειδὴ ἡμῖς τετραχόρδῳ ἀπεστρέψαμεν ἀοιδίῳ
 ἔπειτὸν ἑπτάχορδον ἔθηκεν ἡμεῖς.
 Nos tibi mutato chordarum quatuor usu,
 Iam noua per septem modulamur carmina neruos.
 Item Hellanicus rerum conscriptor, & Callias, qui Alcæum Sapphōq̄ exposuit.
 In freto quod inter Asiam est ac Lesbum, insulæ sunt circiter uiginti, & (ut Timotheus
 Athenes

Athenes scri
 quemadmodum
 nelus & P
 lonnesi. He
 in Tenedu
 tus. Proxim
 tatem alia in
 habet. Nō
 Montem q
 renon, & te
 Pordali & c
 cum populo
 Cum loris f
 bus aquis. L
 Cum Leleg
 nantur in di
 scordiam &
 nerentur. N
 Ipse meum
 Et Thebam
 Tum septen
 Abstulit un
 Hos etenim
 Eodem n
 Ille quidem
 Funditus e
 Leleges a
 Ad mare sta
 Et Lelegur
 Satnion O
 Quem quo
 Oenopi, se
 Nam ne
 tim eorum

sthenes scribit)quadraginta. Hec composito uocabulo Hecatonnesi nominantur, quemadmodum Peloponnesus, consuetudine quadam geminandi n, sicut Mionnesus & Proconnesus & Halonnesus. Significant autem Hecatonnesi quasi Apollonnesi. Hecatos enim Apollo est. nam per totam hanc oram Apollo colitur, usque in Tenedum: Smintheus, uel Cillæus uel Gryneus, uel alio aliquo nomine uocatus. Proxima his est Pordoselena, in qua est eiusdem nominis ciuitas, & ante ciuitatem alia insula maior ea, & urbs eiusdem nominis deserta, quæ Apollinis templum habet. Nonnulli nominum infamiam fugientes, hanc Poroselenam dici malunt. Montem quoque Aspordenon Pergamo proximū, cum sit asper & sterilis, Aspordenon, & templum quod ibi est, matris deūm Asporenæ. Quid igitur dicemus de Pordali & de Saperda, & Perdicca & de Simonidio illo?

Hecatonnesi.
Peloponnesus
unde dicta.
Hecatos Apollo.
Apollinis ueneratio.
Pordoselena.
Poroselena.
Aspordenus.
Asporena dea.
Simoni. car.
Pordalis.
Saperda.

σὺν πορδάκοισιν ἐκπεσόντες ἰμάσασιν. id est,
Cum loris Pordacis cadentes.

πορδάκοις, id est madidis, & in antiqua comœdia Pordacum locus est stagnantis bus aquis. Lesbos æqualiter distat à Tenedo, Lemno & Chio, intra L. ferè stadia. Cum Leleges ac Cilices adeo cum Troianis congruerent, quærunt quare non ponantur in dinumeratione Troiana. Verisimile quidem est, cum propter ducum discordiam & urbium deuastationem Cilices pauci relictæ essent, ut sub Hectore ponerentur. Nam Eetion & eius filius ante dinumerationem dicuntur interijisse, ut,

πορδάκος quid
Lesbus.

ἦτοι μὲν πατέρ' ἐμὸν ἀπέκτανε Διὸς Ἀχιλλεύς,
ἐκ δὲ πόλιν Πέρσε κιλίκων θύβλω ὑψίπυλον,
οἱ δ' ἔμοι ἐπὶ κασίγνητι ἔσαμ' ἐν μεγάροισιν,
οἱ μὲν πάντες οἴω κίον ἡματι ἄϊδος εἶσω.
πάντας γὰρ κατέπεφνε πορδάκης Διὸς Ἀχιλλεύς.

id est,

iliad. l.

Ipse meum patrem uita spoliauit Achilles,
Et Thebam Cilicum pugnando diruit urbem.
Tum septem fratres, qui se intra tecta tenebant,
Abstulit una dies, pariterq; in Tartara misit.
Hos etenim cunctos celer interfecit Achilles.

Eodem modo qui sub Mynete erant, & duces & urbem amiserunt, ut,

καθ' δὲ μύνητ' ἔβαλε καὶ ἐπιστροφον, Πέρσε δὲ πόλιν
θειοιο μύνητ'.

id est,

In Catalogo.

Ille quidem deiecit Epistrophon, atq; Myneta,
Funditus euerfa diuini sede Mynetis.

Leleges autem certaminibus præstantes facit, ut cum sic ait,

πῶς μὲν ἄλός κάρεις ἔπαιονες ἀγκυλόβοιοι,
καὶ λέλεγες ἢ καύκωνες.

id est,

iliad. z.

Ad mare stant Cares, curuato & Pæones arcu,
Et Lelegum populi & Caucones. Et illud,

σατνιον οὐτ' αὖτε Διὸς
οἰνοπίδ' ἴω, ὃν ἄρα νύμφη τέκε νηὶς ἀμύμων
οἰνοπι βυκολέοντι παρ' ὄχθας σατνιόγνητ'.

id est,

iliad. ε.

Satnion Oenopidem contorta perculit hasta,
Quem quondam Nais peperit pulcherrima nymppha
Oenopi, seruaret dum Satnioëntis ad undam

Ille boues.

Nam non ita defecerant, ut nullam per seipsos multitudinem facerent, præsertim eorum rege adhuc superstitæ.

iliad. φ. ἄλτρω, ὡς λελέγεσι φιλοπῆλομοισιν ἀνάσσει. id est,

Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur.

Et urbe non omnino deleta. infert enim,

ibidem. πηδᾶσσαν ἀπὸ πῆσσαν ἔχου ὑπὸ σατνιόντι.
pedafos. Pedafon excelsam sub Satnionte.

In dinumeratione uero eos prætermisit, ratus multitudinem non sufficere, ut in dinumeratione poneretur. Vel sub Hectore quādo hos dicat Troianis ualde ami-

Lycaon. cos esse. Nam Lycaon qui Hectoris frater erat, sic inquit,

μινυθαδίου δέ με γείνατο μήτηρ

Eodem. λαοβόν, θυγάτηρ ἄλτρω γέροντο

ἄλτρω, ὡς λελέγεσι φιλοπῆλομοισιν ἀνάσσει. id est,

Me paruum, paruo uicturum tempore, mater

Laiothoē. Laiothoē genuit, pater illi maximus Alteus,

Alteus. Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur.

Hæc itaq; hanc habet uerisimilitudinem. Verisimilitudo est, si quis exquisitam rei alicuius determinationem quærat in poëta, ut quousq; Cilices & Pelasgi pert-

ceij. debant, & Ceti, qui inter eos sunt, & Eurypylo subdiri. De Cilicibus quidem atq;

ijs, qui sub Eurypylo erant, quantum attinebat diximus, & quod Caicus maxime

hæc terminat. Consentaneum est, ut deinceps Pelasgos constituamus, tum ex ijs,

quæ ab Homero dicuntur, tum ex alia historia. Homerus enim sic ait,

ἰππόθοιο δ' ἄγε φύλα πελασγῶν ἐγχεσιμῶρων

In Catalogo. τῶν οἱ λάρισσαν ἐριβόλακα ναετᾶσσκον,

τῶν ἤρχ' ἰππόθοος τε πύλαιός τ' ὄζος ἄρητο

ἣ εἰ δὲο λίθοιο πελασγῶ τδουταμίδαο. id est,

Hippothous. Hippothous populos ducit turmasq; Pelasgum.

Nam quicumq; tenent Larissæ fertilis arua,

Hippothous regit, & par Marti in bella Pylæus,

Tautamidæ Letho geniti de gente Pelasga.

Quibus uerbis satis magnam Pelasgorum multitudinem significat. non enim

Larissatres. populum dixit sed populos. Cum uero Larissæ habitationē dicat, & Larissæ mul-

tæ sint, aliqua ex propinquis accipienda est, præcipue ea quæ circa Cumam est.

Nam ex tribus ea quæ Amaxito proxima est, nimis in conspectu est Ilij, & ualde

propinqua ad ducenta ferè stadia. Vnde nō uerisimiliter diceretur Hippothoum

cecidisse procul ab hac Larissa dum pro Patroclo pugnatur, sed ab ea quæ proxima

est. nam ad mille stadia intersunt. Tertia est Larissa pagus agri Ephesi, in Cay-

striano campo sita, quam dicunt prius urbem fuisse. Ea Apollinis Larissei fanum

habebat, & Tmolo quàm Epheso uicinior erat. Ab hac enim centum & octogin-

ta stadijs abest, quapropter sub Meonibus poni potest. Ephesi uero aucti multū

postea ex agro Meonum absciderunt, quos nunc Lydos appellamus, unde nec

hæc erit Pelasgorum Larissa, sed illa potius. Nam de Caystriana quidem Larissa

Caystro proxima, nullam satis certam coniecturam habemus, quod iam tunc es-

set, nec de Ephesia. De Cumana testis est uniuersa Aeolica historia, quæ paulo

Phritiummōs. post Troianas res fuit. Tradunt enim eos qui in Phritio Locrensi erant (qui

mons ultra Thermopylas est) inde profectos, in eum locum uenisse, ubi nunc

cuma. Cuma est, cum quia Pelasgos inuenissent Troiano bello labefactos, adhuc ta-

men Larissam obtinentes ad LXX. stadia à Cuma distantem, condidisse apud illos

Nouus murus. locū eum, qui adhuc Nouus murus appellatur, qui ad stadia xxx. distat à Larissa,

prof

profectos at
deduxisse. C
Larissam, ea
nam testem
tum, refert to
gis habitata
quem poëta
pellari. Chij
bunda est, &
cta est, eo ten
quiddam La
salia. Omnes
Hermo, terti
cum Pelasgo
nam attulisse
ceret, puella
demisit. Arq;
allumenda &
Hæ urbes se
nao agro im
gnesia sub S
befactarunt
eunti, usque
usq; Gryniu
deinde post
montoriū H
diorum. Intr
Deinde Ach
Myrineorum
plum candid
que Elæam c
& Athenien
cet Pitana, A
bium maxim
ciuitatū, qua
tur Cumani
ccc. annis p
pulus eiusm
nes sero sent
ca pecunia n
die non red
cus quod da
præco ita in
non sentian
admoneat.

profectos autem condidisse Cumam, & homines qui superfuerant eò habitatum deduxisse. Cumam uero à Locrensi monte Phriconida appellant, eodem modo et Larissam, ea nunc deserta est. Quod autem Pelasgi magna natio essent, aliam historiam testem adducunt. Menecrates quidem Elaita in libris de originibus ciuitatum, refert totam oram, quæ nunc Ionica est, factò à Mycale initio, prius à Pelasgis habitatam, & propinquas insulas, Lesbij quoque sub Pylæo positos asserunt, quem poëta dicit Pelasgorum ducem, & montem eis uicinum ab illo Pylæum appellari. Chij authores suos Pelasgos ex Thessalia profectos putant, quæ gens errabunda est, & ad transmigrationses facilis, ea ut multum creuit, ita pariter tota extincta est, eo tempore maxime, quo Æoles Ionesq; in Asiam traiecere. Sed peculiare quiddam Larisseis Caystrinis & Phriconensibus contigit, & ijs qui sunt in Thessalia. Omnes enim regionem à fluminibus dilutam habuere, illi à Caystro, hi ab Hermo, tertij à Peneo. In Larissa Phriconide dicunt Piasum colì, quem tradunt cum Pelasgorum dux esset, Larissæ filia amore captum fuisse, cumq; puellæ uolentiam attulisset contumeliæ pœnas luisse. Nam cum in uini dolium pronus inspiceret, puella (quòd rem rescuerat) illum per pedes capiens & attollens in dolium demisit. Atque hæc quidem antiqua sunt, nunc cum Æolicis urbibus Aegæ sunt assumendæ & Temnus, unde Hermagoras fuit is, qui de dicendi arte conscripsit. Hæ urbes secus montanam regionem iacent, quæ Cumano & Phocensi & Smyrnæo agro imminent, iuxta quam Hermus labitur, nec procul ab his urbibus Magnesia sub Sipylo est ciuitas à Romanis libera iudicata. Hæc terræmotus nuper labefactarunt. Ex aduerso sunt ea, quæ in Caicum uergunt. A Larissa Hermum transeunt, usque Cumam stadia sunt LXX. Hinc usque Myrinam XL. & totidem hinc usq; Grynium, & inde usq; Elæam, ut Artemidorus uult. Post Cumam sunt Adæ, deinde post stadia XL. promontorium nomine Hydra, quod ad aduersum promontoriū Hermatuntem, Elaiticum sinum efficit. Oris latitudo est LXX. fere stadiorum. Intra sinum est Myrina ad stadia LX. Aeolica ciuitas, quæ portum habet. Deinde Achiuorum portus, ubi sunt duodecim deorum aræ. Deinde Grynium Myrineorum oppidum, & Apollinis fanum, & peruetustum oraculum, & templum candido lapide sumptuosum, usq; ad eam stadia sunt XL. Deinde LXX. usque Elæam quæ portum habet, & nauale regum Attallicorum, Menesthei opus & Atheniensium, qui cum eo apud Ilium militarunt. De sequentibus autem scilicet Pitana, Atarnea, ac cæteris, quæ sunt in ea regione dictum est. Aeolicarum urbium maxima & optima est Cuma, & ferè ea metropolis est, & Lesbos cæterarum ciuitatū, quæ numero sunt circiter xxx. quanquā non pauca sint deletæ. Carpuntur Cumani, ut homines insulsi & hebetes, ob hæc causam (ut quidā putant) quòd CCC. annis post eius urbis ædificationē, portus uectigalia exegerūt, cum antea populus eiusmodi prouentum non haberet. Quare obtinuit opinio, quod hi homines sero sentirent, cum urbem ad mare habitarent. Dicitur etiam aliter, quod publica pecunia mutuo accepta porticus construxerunt, postea cum pecuniā constituta die non reddidissent, à deambulatione arcebantur. Sed cum pluuia essent, in dedecus quoddam creditores edictum mittebāt, ut Cumani porticus subirent. Et cum præco ita inclamaret, porticus subire, dictum esse prouerbum, quòd Cumani non sentiant, quòd in pluuia porticus subeunda sit, nisi aliquis per præconem admoneat. Vir sine controuersia clarus ex hac urbe est Ephorus, Isocrati oratori

Phriconis.

Menecrates Ba
laita.

Pylæus mons.

Piasus dux.

Aegæ.
Temnus.
Hermagoras
eiusq; patria.
Hermus.
Magnesia.Adæ.
Hydra promo.
Hermaus.
Elaiticus sinus
Myrina.
Duod. deorum
aræ.
Grynium.Elæa.
Pitana.
Atarnea.
Cuma.
Lesbos opp.
Cumani sero
sapiunt, Pro.Eras. prouerb.
Cumani sero
sapiunt.

Ephorus.

familiaris qui & historiam conscripsit, & de inuentionibus tractauit. Et ante hunc etiam Hesiodus poëta. nam ipse dicit patrem suū relicta Æolica, Cumam in Bœotiam migrasse, ut,

Hesiodus.

νάος αὖ δ' ἄλλ' ἑλικῶνος οἰζυρῆ γῆν κώμην
ἄσκη χεῖμα κακῆ, θέρει ἀργαλίην, οὐδ' ἐποτ' ἰδλῆ.

Atq; in opem coluit uillam quæ iuncta Heliconi,
Nec per frigus erat cuiquam opportuna, nec æstum.

Hom. patria.

Cuma unde ap

pellata.

Myrina.

Batiea.

Iliad. β.

Homerum uero hinc esse, non satis constat. multi enim de eo satis disceptant. Nomen urbi ab Amazone quadam inditum putant, quemadmodū & Myrinæ, ab ea quæ sub Baticæ in Troiano campo iacet,

τὴν ἦτοι ἀνδρες Βατίαν κελύσκουσιν,
ἄθανάτοι δ' ἐστὶ σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης.

Hunc homines ipsi Baticæ nomine dicunt,
Ast immortales, uolucris monumenta Myrinæ.

Ephorus nota

tur.

Carpitur etiam Ephorus, qui cū patriæ facinora non haberet, quæ cum alijs gestis dinumeraret, nolens tamen eam silentio præteriri, sic in clamat. Ea tempestate Cumani quietem agebant, postquam Troianam & Æolicam oram persecuti sumus, mediterraneam deinceps percurramus usque ad Taurum, eodem peregrinationis ordine conseruato. In his locis principatum quendam obtinet Pergamum

Pergamum.

Attaliorū re

gum origo.

Lysimachus

rex.

in signis ciuitas, quæ diu sub Attalicis regibus fuit fortunata. Sequentis itaq; peregrinationis initium hinc faciendum est, ac primo de regibus unde profecti sunt, & quò tandem euasere breuibus aperiendum. Pergamum thesauros seruabat Lysimachi Agathoclis filij, qui unus fuit ex successoribus Alexandri, id montis promontorium habitatum habebat. Mons uero turbineus est, in acutum apicem desinens. Munitionis huius custodia & pecuniarum, quæ erant nouem millia talentorum, commissa erat Philetæro Tyanensi, qui à puero spado fuerat. Contigit enim in funere quodam cum ad spectaculum multi adessent, nutricem quæ Philetærum infantem portabat, deprehensam opprimi, adeo ut puer etiam affligeretur. erat igitur eunuchus. Is cum optime esset educatus, dignus uisus est, cui hæc crederentur.

Philetærus.

Arfinoë.

Tandem charus Lysimacho erat, sed cum ab Arfinoë illius uxore dissideret, propterea quod eum accusauerat, locum ad defectionem perduxit, & ut tempora erant, ita se gerebat, uidens ea ad nouitatem apta. Nam propterea quod Lysimachus à malis familiaribus coactus fuerat Agathoclem filium interficere, Seleucus Nicator reuersus illum sustulit, & ipse à Ptolemæo Cerauno sublatus est, ac dolo interemptus. Dum res ita tumultuarentur eunuchus sese in arce continebat, & pollicitando semper ualidioribus ac propioribus obsequēdo uiuebat. Hoc pacto castellum

Agathocles.

Seleucus Nica

tor.

ac pecuniam possedit annis uiginti. Erant ei fratres duo, Eumenes natus grandior, & Attalus iunior. Ex Eumene natus est Eumenes de patris nomine. Is Pergami successionem habuit, & iam loca circuncirca tenebat, unde apud Sardes Antiochū Seleuci filium superauit, cum eo congressus. Obijt autem cum uiginti & duobus annis imperasset. Attalus ex Attalo & Antiochide Achæi filia natus successit in imperio, & primo rex est nuncupatus. Hic Galatas prælio maximo superauit, & Romanorum amicus fuit, & cum eis aduersus Philippum pugnauit in classe Rhodiorum. Obijt iam senior, cum annis XL, & tribus regnasset. Filios quatuor reliquit ex Apollonide Cyzicena, Eumenem, Attalum, Philetærum, & Athenæum, e quibus iuniores priuatum statum duxerunt, Eumenes natus grandior regnauit. Hic

Eumenes.

Attalus rex.

cum

cum Roma
sic, a Roma
erat. Pergam
Elaitici &
seruit, templ
quanta nun
uem. Imperi
gis filia natu
liquit. Is cur
est. Nam ad
lum gessit, R
cepit ducto
de, imperiū
annis quinq
tuit, qui post
mine quo &
appellatur, r
Viri clari Pe
gion, qui ex
gressum die
rege natum.
ni generis te
Lysandro, e
dem magni
scripsit, &
olim obrin
est Apollode
sti cæsar is an
Dionysium
storicus, & s
uerfus est ut
iugum, quo
num habita
lonis, quæ a
nomen hab
dis. Septent
xtris eorum
citur, usque
tigua tamer
fuit, quos p
uerfos a Ly
bi Tmolus
dis, quæ Per
strianus, cir
fluens, olim

cum Romanis aduersum Antiochum magnum, & aduersum Perſen bellum geſſit, à Romanis totam eam regionem accepit, quæ ſub Antiocho circa Taurum erat. Pergamum enim in initio regionem Attalici habebat non multam uſque ad Blaitici & Adramytheni ſinus mare. Is urbem muniuit, & lucum Nicephorium ſeruit, templorum quoque dona et bibliothecas, & tantam Pergami habitationem quanta nunc eſt, ille diligentiffime curauit. Regnauit autem annis quadraginta uem. Imperium Attalo filio reliquit, qui ex Stratonice, Ariarathi Cappadocum regis filia natus erat. Filij admodum iuuenis & imperij tutorem fratrem Attalum reliquit. Is cum annis xx. & uno regnaſſet, multis rebus geſtis iam ſenior mortuus eſt. Nam aduersum Demetrium Seleuci filium, cum Alexandro Antiochi filio bellum geſſit, Romanorū cōtra Pſeudophilippū ſocius fuit. Diegylim quoque regem cepit ducto in Thraciam exercitu. Prufiam interemit, præfecto illi filio Nicomede, imperiū Attalo qui ſub tutela erat, reliquit. Is Philomator cognominatus, cum annis quinque regnum tenuiſſet morbo abſumptus eſt, hæredes Romanos inſtituit, qui poſtea eam regionem prouinciam fecerunt, & Aſiam uocauere eodem nomine quo & continentem. Caicus Pergamū præterfluit per campum qui Caicus appellatur, regionem ualde opimam, & totius ferè Myſiæ optimam percurrens. Viri clari Pergameni ætate noſtra fuere, Mithridates † Menodoti filius, & Adobogion, qui ex tetrarchia ſtirpe Galatarum fuit. Hunc cum Mithridatis pellice congreſſum dicunt, unde & puero nomen impoſitum eſt, fingentibus amicis, eum ex rege natum. Hic cōtracta diu Cæſaris amicitia ad id honorum peruenit, ut mater ni generis tetrarchia, & cum aliorum, tum Boſphori rex efficeretur. Sublatus eſt à Lyſandro, qui Pharnacem regem occidit, & Boſphorum occupauit. Hic quidem magnum nomen aſſecutus eſt. Item Apollodorus orator, qui artes conſcripſit, & Apollodoriã ſectam introduxit, ſi qua tandem ea eſt. Nam multa olim obtinuerunt, quæ maius iudicium habuere quàm nunc habent, è quibus eſt Apollodoriã ſectã & Theodoriã. Sed plurimum Apollodorum extulit Auguſti cæſaris amicitia, cuius magiſter fuit. Diſcipulum memoratu dignum habuit, Dionyſium ciuem ſuum, cognomine Atticum, qui & bonus ſophiſta fuit & hiſtoricus, & ſermonum conſcriptor. Progredienti à campo & ab urbe orientem uerſus eſt urbs Apollonia, in loco edito impoſita, auſtrum uerſus eſt montanum iugum, quod tranſgreſſi Sardis eunt. A ſiniſtris eſt urbs Thyatira, Macedonum habitatio, quam nonnulli Myſorum ultimam dicunt. A dextris eſt Apollonis, quæ à Pergamo diſtat ſtadijs triginta, totidem ab urbe Sardana. Ea idem nomen habet quod Apollonis Cyzicena. Poſtea ſequitur Hermi campus, & Sardis. Septentrionales Pergami partes magna ex parte à Myſis tenentur, quæ à dextris eorum ſunt, qui Ableti nominantur, quibus iungitur ea quæ Epicteſus dicitur, uſque in Bithyniam. Sardis urbs magna eſt, poſterior rebus Troianis, antiqua tamen, quæ promontorium munitiffimum habet. Ea Lydorum caput fuit, quos poëta Maonas uocat, poſteriores Meonas dixerunt. Hos quidam diuerſos à Lydis dicunt, quidam eoſdem, ſed præſtat ut eoſdem dicamus. Huic urbi Tmolus imminet mons ſcælix, qui in uertice ſpeculam habet, exedram albi lapidis, quã Perſæ condiderunt. Ex ea circumſtantes ſpectantur campi, præſertim Cayſtrianus, circuncirca Lydi, & Myſi, & Macedones habitant. Pactolus à Tmolofluens, olim multa auri ramenta deferebat, ex quo præclaras illas Croeſi & maiorū

Nicephorius
lucus.

Stratonice.

Pſeudophilippus.
Diegylis rex.
Philomator.

Caicus.

Mithridates.
Adobogion.
*In Græco, μίθριδάτης τῆς γῆς
αὐλωδῶντος ἰδὸς.
Mithridates et
Menodotus filius.
Menodotus.
Apollodorus
rhetor.Apollodoriã ſe
ctã.Theodoriã ſe
ctã.Dionyſius Ata
ticus.

Apollonia.

Thyatira.

Apollonis.

Hermus.

Ableti.
Sardis opp.

Meones.

Tmolus.

Pactolus.

Croeſi diuitiã.

diuitias ferunt. Nunc eiusmodi structuræ prorsus defecerunt. Defertur Pactolus in Hermum, in quem etiam Hyllus qui nunc Phrygius appellatur, immittit. Hi tres & alij ignobiliore concurrentes, in Phocaicum mare exeunt, ut Herodotus ait. Hermus Mysiæ initium est, & è monte Dinymene sacro, per Exustam in Sardinianum agrum defertur, secundum continuos campos, ut dictum est, usque in mare. Urbis autem Sardinianæ planities sabiacet, & Cori, & Hermi, & Caystri campi qui continui sunt, & camporum omnium optimi. Quadraginta stadiis ab urbe lacus distat, qui à poëta Gygæus appellatur, postea mutato nomine dictus est Colous, ubi Coloënæ Dianæ templum est, quod in religione maxima habetur. Hoc in loco diebus sollennibus simias saltare dicunt, num uero inopinabilia an uera dicant, mihi quidem incertum est. Sed cum uersus ita apud Homerum iaceant,

Hyllus.
Phrygius flu.
Dindymene
mons.

Cori campi.
Caystrus.

Gygæus lacus.
Colous.
Coloëna Dianæ.

Locus Homeri
in sine Catalo. μήσι γ' αὐτὰ μάδλις τὲ καὶ ἀντιφός ἤγνος ἀδλίω
ἢ παλαμνός, τῷ γυγαίν τεκε λίμνι,
οἱ δὲ μήνας ἤγου ὑπὸ τμώλω γεγαῶτας.

Antiphus, & Masthles genuit quos maximus olim
Ad perfusalacu Gygæo rura Palæmon,
Maonas egerunt, Tmoli in radicibus ortos.

Addunt etiam hunc quartum uersum,

τμώλω ὑπὸ νιφόρῳ τι ὕδης γῆ πῶνοι δῆμω.

Pinguis ubi Hyda iacet, Tmolo supposita niuali.

Cum nulla Hyda apud Lydos inueniatur, quidam uolunt, Tychium hinc esse, qui à poëta dicitur,

Hyda.
Tychius.

Loc. Iliad. n.

σκυρτόμων ὄχ' ἀριστος ὕδης γῆ. id est,

Cerdonum quæ optimus Hydæ.

Addunt etiam propterea quod locus syluofus est, & fulminibus tangitur, hic

Arimi.

In Catalo.

Arimos esse, ut,

ἐν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφώος ἔμμεναι θνάς.

Ex Arimis, ubi stratum dicunt esse Typhoea.

Inferunt etiam,

χῶρῳ γῆ ὑδρῶν τι ὕδης γῆ πῶνοι δῆμω.

Syluofos per agros, Hydæ præpinguis ubi gens.

Arimi quid.

Hyda.

Quidam hanc fabulam in Cilicia fingunt, quidam Pithecusis, ij præsertim qui simias dicunt Arimos ab Etruscis uocitari. Nonnulli Sardes Hydæ uocant, nonnulli eius arcem. Sceptus uerisimilius eos dicere arbitratur, qui Arimos in Exusta Mysiæ ponunt. At Pindarus cum ijs quæ sunt in Cilicia Pithecusia coniungit,

Pithecusia.

Typhon.

quæ sunt ante Cumanum agrum, ac etiam Sicula. Nam sub Ætna Siciliæ Typhonem esse dicunt,

τόν ποτε κιλίκιον θρέψε πολυώνυμον ἄντρον,

νῦν γε μὰν κενὸν ὑπὲρ κνίμ' ἀλερκεῖσι ὄχθαις

ἢ σικελία δ' αὐτὸ πῆρ' ἐξ ἑρνα λαχύνοντα.

id est,

Quem Ciliciæ celeberrimum ædedit antrum,

Nunc circumfluus maris occulit fluctus,

Eius Sicilia lanigerum pectus premit.

Et rursus,

κένω μὲν αἴτνα δεσμὸς ὑπερφίαλος ἀμφίκειται,

Illum Ætna uinculis fortissimis coartat.

Et rursus,

ἀλλ' οἷος ἀπλατῆ κεράϊζε θεῶν τυφῶνα

πρηντικον κίφαλον ἀνάγκη ζεῦ πάτερ

γῆ ἀρίμοις ποτὲ.

id est,

Im

Immensum
Vis deum
Quidam
qui apud T
nunc Cilicia
& Sarpedon
mi uocantur
des est Alya
factus à mul
ille ait) omne
dicunt. Sun
undationes,
stri campum
ea à Terribu
tur) postea à
onenles eo re
Asonenses I
de Homerus
ἀπὸ τῶν γῆ λιμνῶν ἐ
Asia prata su
Postea ha
nitimarum i
runt, sed Ti
alias suo ber
pes fuerunt.
quorum nar
certauit. S
apud se eran
luit. Iuniori
carmina, & a
antiquus rer
certum est. E
Non enim c
propter pau
exercentes. T
agris studer
eam urbem c
longitudine
fit. nam utro
uinum fert,
montana, p
ex crebro fu
ne dicuntur
rum regem
di caulas ex

Immensum pater centimanumq; Typhonem
Vis deum Iuppiter, apud Arimos excruciat.

Quidam Syros pro Arimis accipiunt, quos nunc Aramos uocant. Ac Cilicas, qui apud Troiam erant, in Syriam comigrantes Syris eam regionem ademisse, quae nunc Cilicia nominatur. Callisthenes author est Arimos prope Calicadnum esse, & Sarpedonis promontorium, iuxta antrum Corycium, a quibus uicini montes Arimi uocantur. Circum lacum Coloum sunt antiqua regum monumenta, apud Sardes est Alyattis ingens tumulus super crepidine excelsa, & (ut Herodotus inquit) factus a multitudine ciuitatis, cuius maximam partem ancillae perfecerunt, quae (ut ille ait) omnes meretricantur. Nonnulli hanc sepulturam meretricis monumentum dicunt. Sunt qui tradant lacum Coloum manufactum esse ad excipiendas eas inundationes, quae ex fluminibus auctis fiunt. Hypæpa ciuitas est, ex Tmolo in Caystri campum descendenti. Callisthenes dicit, Sardes prius a Cimmerijs captas, postea a Treribus ac Cilicibus (quod etiam Callinum elegiae poetam significare arbitrat) postea a Cyro & Croeso, cum Callinus dicat Cimmeriorum impetum in Esionenses eo tempore factum fuisse, quo Sardes captae sunt. Sceptius Esionenses pro Asionenses Ionice proferri putat. nam fortasse (inquit) Maonia Asia dicebatur. unde Homerus ait,

ἄσιον οἰ λιμῶνι ἀμφὶ καὶ στρίῳ φέεθρα. idest,

Asia prata super, circumq; fluuenta Caystri.

Postea haec ciuitas incredibiliter ob uirtutem locorum instaurata est, ut nulla finitimarum inferior sit. Nuper uero multa eius aedificia ex terrae motibus corruerunt, sed Tiberij prouidentia, qui per nostra tempora imperat, & hanc & multas alias suo beneficio reparauit, quaecumque eo tempore eiusdem calamitatis participes fuerunt. Viri memorabiles ex eodem genere fuerunt duo Diodori oratores, quorum natu grandior Zonas uocatus est, uir qui multa certamina pro Asia contortauit. Sed quo tempore Mithridates inuasit, accusatus quod ciuitates quae apud se erant, ad defectionem duceret, habita excusatione omnes calumnias diluit. Iunioris Diodori, qui nobiscum amicitia coniunctus est, historiae extant & carmina, & alia opera, quae satis antiquum scribendi genus expriment. Xanthus antiquus rerum scriptor Lydos quidem dicitur, num uero Sardonius sit, nobis incertum est. Post Lydos sunt Mysi & urbs Philadelphia terrae motibus concussa. Non enim cessant parietes Romam ducere alia atq; alia urbis parte labefacta. Quae propter pauci eam incolunt, maxima eorum pars in agris degunt, agriculturam exercentes. Terram enim fertilem habent, & profecto mirandum est tam paucos agris studere, cum aedificia tam ruinosam habebant, imò eos admirari possumus, qui eam urbem condiderunt. Post haec regio, quae Exusta dicitur, quingentorum stad. longitudine, latitudine quadringentorum, siue ea Mysia, siue Meonia nominanda sit. nam utroq; modo dicitur. Ea tota arboribus caret praeter uitem, quae Exustum uinum fert, ita elegans, ut nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est, montana, petrosa, & nigra, tanquam ex adustione quadam. Quidam putant hoc ex crebro fulminum atq; fulgurum ictu contingere, nec dubitant, quae de Typhone dicuntur hoc in loco fabulari. Xanthus scribit Arimum quendam horum locorum regem fuisse. Sed nequaquam uerisimile est tantam regionem propter eiusmodi causas ex toto deflagrare, sed potius propter ignem subterraneum, cuius ortus

N

Arami.

Sardes.

Alyattis tumulus.

Vide Hero. 19.

Colous lacus.

Hypæpa.

Callinus poet.

Esionenses.

Asionenses.

iliad. B.

Strabo quo tempore claruerit.

Diodori duo orat.

Zonas.

Xanthus scriptor.

Lydi.

Mysi.

Philadelphia.

Exusta regio.

Arimus rex.

Folles, fossæ. nunc defecerunt. Monstrantur tamen fossæ tres, quas Folles uocant, hæc inter se ad stadia quadraginta distant, imminet colles asperi, quos par est, ex efflatis laminis esse accumulatos. Quod autem huiusmodi regio uites optimas ferat, ex Catania scilicet deprehendi potest, quæ quanquam cinere operata sit, nunc tamen optimum uinum & largum gignit. Vnde quidam perurbane atq; eleganter Bacchum ignigenam dicunt, ex eiusmodi locis coniecturam capientes, quæ austrum uersus sequuntur, cum his locis implicantur ad Taurum usq;. Quapropter & Phrygiæ & Caria & Lydiæ, præterea Mysiæ loca difficulter distingui possunt, cum inter sese coeant. Ad hanc confusionem non parum facit, quod Romani ea diuiserunt, non per nationes, sed alio quodam modo, per administrationes, in quibus fora fiunt & iura redduntur. Tmolus quidem satis coactus est, & ambitum medio-crem habens, & in ipsis Lydiæ partibus terminatur. Mediterranea uero ad partem aduersam pertendit, ad Mycalem usq;, quæ pars (ut Theopompus uult) à Cælanis incipit, quapropter quædam eius loca Phryges obtinent, quæ sunt Cælanas & Apamia. Apamiam uersus, quædam Mysi ac Lydi, quædam Cares & Iones. Sic etiam flumina, præsertim Mæander, nam gentes quasdam determinant, earum autem per quas media feruntur, efficiunt ne facile exquisita distinctio capi possit. Decampis qui ex utraque & montanæ & fluuiialis regionis parte sunt, eadem ratio est. Sed nobis forsitan non adeo curandum, ut nunc loca metiamur, sed id tantum describendum est, quantum & maiores nostri tradiderunt. Caystriano campo, qui inter mediterraneam cadit & Tmolum, continuus est orientem uersus Cilbianus campus, multus & bene habitatus, qui regionem optimam habet. Postea Hyrcanius, cui à Persis nomen impositum est, qui & inde incolas deduxerunt. Eodem modo Cyri campus, quæ Persæ nominarunt. Postea Peltinus, qui iam Phrygius est, & Cillanus & Tabenus, qui oppida semiphrygia habet, Pisidicum quiddam obtinentia, à quibus ea nominata sunt. Superantibus uero mediterraneam inter Caras & Nysæum agrum, qui trans Mæandrum est usque in Cibyrensem & Cabalensem regionem, sunt urbes mediterraneam uersus, contra Laodiceam Hierapolis, ubi calidæ aquæ scaturiunt, & ubi Plutonium est, quæ utraque non paruam admirationem præstant. Nam aqua adeo faciliter in tofum duratur, ut qui aquæ ductus deducunt, integra septa ex eo aquis conficiant. Plutonium est os, in paruo quodam imminetis montis supercilio, ita commensuratum, ut hominem suscipere possit mira profunditate. Huic propositum est uallum quadratum, ambitu ferè semijugero, quod nebulosa & crassa caligine plenum est, ut uix solum discerni possit. Ad septum appropinquantibus, aër innoxius est, purus ab illa caligine, in tranquillitate uentorum. Nam caligo intra ambitum manet, si uero animal introrsum progrediatur, statim moritur. Quapropter tauri introducti cadunt, & mortui educuntur. Nos passeris immisimus, qui subito mortui ceciderunt. Galli uero execti illæsi accedunt, ut etiam usq; ad os appropinquent & introspiciant, & immergantur quousq; possint spiritum continere. Videbamus enim ex aspectu æstuosæ cuiusdam passionis indicium, siue quod omnes id experiantur, siue soli sacerdotes, siue diuina prouidentia, quemadmodum uerisimile in his est qui numine sunt afflati, siue quod hoc uiribus quibusdam reluctans contingat. Quod autem aquæ quædam lapidescant, dicunt id in fluminibus contingere apud Laodiceam, licet poculentæ sint. Nam & apud Hierapolim aqua quædam adeo tingendis

*Cilbianus cap.**Hyrcanius ca.**PHS.**Cyri campus.**Peltinus cam.**Cillanus cam.**Tabenus cam.**Cibyrensis re-**gio.**Cabalensis reg.**Hierapolis.**Plutonium.**Aqua in lapide**indurescens.*

gendis lanis
 purpura q
 tibus, plena
 sunt. Nos q
 tendunt, dix
 quæ iam ad
 balensis ager
 drum sita, P
 utraq; flumi
 catur. Eand
 rus est Dion
 dunt Cabale
 Solymus uo
 phontis uall
 mos gesto. F
 phontesica
 Hic Solymis

De eius
 At natum o
 Pugnantes
 Termelus
 rei à Lydis d
 nitimi eam h
 bitu c. ferè f
 Pisidia & fin
 nem, additis
 conuentus T
 byra uero du
 per tyrannis
 eam tyrannic
 minus Ciby
 tuor linguis
 prium apud
 stis Termeli
 ad Apameon

A R
 Q Vartu
 in qua e
 Aliam, quæ p

gendis lanis idonea est, ut ex radicibus tineta cum his decertent, quæ ex uermiculo purpuraq; tinguntur. Et adeo exuberat aquarū uis, ut regio balneis sponte nascensibus, plena inueniatur. Post Hierapolim sequuntur loca, quæ trans Mæandrum sunt. Nos quæ ad Laodiceam Aphrodisiademq; pertinent, & quæ Carura usq; per tendunt, diximus. Sequentia sunt occidentalia quidem, Antiochia ad Mæandrum, quæ iam ad Cariam pertinet. Australia Cibyra ea quæ magna est, & Sinda, & Cabalensis ager, usq; ad Taurum ac Lyciam. Antiochia mediocris urbs est, ad Mæandrum sita, Phrygiam uersus. Ea ponte iuncta est, & regionem multam habet ex utraq; fluminis parte, totam fertilem, & caricam multam fert, quæ Antiochica uocatur. Eandem triphyllon uocant. Hic locus facile concutitur. Ex hac sophista clarus est Diotrephes, quem Hybreas maximus nostri temporis orator audiuit. Credit Cabalenses Solymos esse, unde collis qui Termesi promontorio imminet, Solymus uocatur, & ipsi Termenses Solymi dicuntur. Proximum est Bellerophonis uallum, & Pisandri eius filij sepulchrum, qui in bello cecidit, contra Solymos gesto. Hæc planè cum ijs concordant, quæ à poëta dicuntur. nam de Bellerophonis sic ait,

διότερον δ' ἢ γλῦμοισι μαχίσατο λυδ' ἀλίμοισι.

Hic Solymis iterum præstantibus intulit arma.

De eius autem filio sic,

πύσανδρον δ' ἔον ἀφ' ἧς ἀτης πολέμοιο

μαρναμένη γλῦμοισι κατέκτανεν.

At natum occidit Pisandrum Bellerophonis,

Pugnantem Solymos contra, in certamine Mauors.

Termesus Pisidica urbs est, quæ proxime ac plurimum Cibyre imminet. Cibyre à Lydis dicuntur profecti, qui Cabalensem agrum tenuerunt. Postea Pisidæ finitimi eam habitauere atq; in alium locum transtulerunt, munitissimā quidem ambitu c. ferè stad. Ea propter æquitatem plurimum creuit. Et uici propugnati sunt à Pisidia & finitimo Milyæ agro usq; in Lyciam & ulteriorem Rhodiorum regionem, additis tribus urbibus finitimis, Bubone, Balbura, & Oenoandro, quarum conuentus Tetrapolis dictus est. Harum singulæ singula suffragia habebant, Cabyra uero duo. Nam ea triginta peditum millia mittebat, equitum duo millia, semper tyrannis subdita, temperanter tamē, qui status in Moageta finem habuit. Nam eam tyrannidem Murena sustulit, Balburam & Bubonem Lycijs adiecit. Nihilominus Cibyrensis administratio inter maximas totius Asiæ censetur. Cibyrei quatuor linguis utebantur, Pisidarum, Solymorum, Græcorum, ac Lydorum. Proprium apud Cibyreos est, ferrum facile extornari. Milya montana est, quæ ab angustijs Termesi, & à transitu, qui per eas fit ad citeriora Tauri ad Sindā pertendit usq; ad Apameorum regionem & Sagalassum.

LIBRI DECIMITERTII FINIS.

ARGUMENTVM DECIMIQUARTI LIBRI.

Quartusdecimus liber circa Cycladas insulas uersatur, & ulteriorem regionem in qua est Pamphylia, Isauria, Lycia, Pisidia, Cilicia, usq; Seleuciam Syriæ, & Asiam, quæ proprie Ionia appellatur.